This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

ANNOTATIONES

IN INTERPRETES PAVLI AEGINE
TAE CHRISTOPHORO ORO
SCIO AVTHORE.

Nunc primum in lucem editæ ac ſumma diligentia excuſæ.

UNIVERSIDAD CENTRAL
BIBLIOTECA

Venetijs in officina Lucæantonij Iuntæ.
M. D. XXXVI.

. ens IHS . Xps . filius dei
Viuj - mi fi ad Jutor - amen

REVERENDISSIMO ET ILLVSTRI PRAESVLI D. Francisco bouadilæ episcopo Caurienſi Chriſtophorus Oroſcius. S. D.

APud græcos magis q̃ cæteras gentes, à prima origine, excultam medicinã, manifeſtũ inde eſt præſul illuſtriſſime: quod ex clariſſimis græcor̃ viris eius artis vetuſtiores ſcriptores celebrant, Pythagoras, Empedocles, Democritus, & huius diſcipulus τῶν ἀλόγων Hippocrates, Ariſtoteles, itẽ & Galenus, atq; alij cõplures ex ſapientiæ profeſſoribus: vt negare nemo poſſit, ſicut philoſophiã, ita medicinam & oẽs ingenuas diſciplinas à græcis literis ortum habuiſſe: quæ tñ multis tẽporibus, noſtra hac regione, ꝑpter irruptiones & vaſtationes gorticas, in nocte denſiſſima latuere. Et quod magis dolendum eſt: nunc ẽt cum in Italia, Germania, & Gallia, indies reflorẽſcant & in lucem reuocentur, ſola Hiſpania græcanicæ literaturæ obliuionẽ quandã & ignorationem habet. Inde profecto euenit: vt quemadmodũ aliarũ optimar̃ artium, ſic ẽt medicinæ ſolidam & expreſſam effigiem nullã tenea-mus, vmbrã & imagines ſequamur. Omniũq; artium fructuoſiſſima, barbaror̃ fecibus obliterata ab omnis antiquæ bonæq; literaturæ rudibus, & ob id hoſtibus, tracker. relictis. n. λιποφώτοις iter agunt διὰ πεδίων ἀδοδίας καὶ πλανῶν χαλεπὰς cũ barbaris. cũ quibus in maximarũ rerũ ignoratione verſari: atq; in miſerandis erroꝝ fluctibus volutari malunt, quã ſine pertinacia quod magis verũ ſit exquirere. Nec eſt quod negligentiã ſuam excuſent, quod magna interpretum vbertate & copia, græcam medicinam latine loquentem liceat audire: turpe enim eſt & reprehenſione digniſſimũ, alienis cernere oculis, quæ ipſe poſſim meis inſpicere: ac ex vnius aut alterius interpretis negligentia & imperitia, in humanæ vi-tæ ſalute periclitari. Hac preſertim ætate, qua interpretes ſunt nõ pauci, qui quid ſtudia referre poſſint ſolum quærentes, oſtentationes aut quæſtus cã alienæ artis ſcriptores tanta temeritate & negligentia interpretanſ: vt ex græcis bonis auctoribus, latinos faciant nõ bonos: hinc innumeri naſcunt errores, ac circa ægros miſeræ ſniæ; cõcertationes hinc, medicoꝝ tã variæ tãq; diſcrepantes ſniæ, & ſectarum factiones, hinc demũ tranſlationũ tanta diuerſitas & ipſaꝝ inter ſe repugnantia: vt legentiũ animi in cõtrarias partes diſtracti prodigioſas interꝓtationes cõminiſcanſ. Inter oẽs tñ auctores, Pauli ægineꝫ tæ fortuna merito deploranda eſt, interꝓtẽ nacti germanicũ, qui variatis nõnunq̃ magno cũ humanę vitę diſcrimine remedijs, ꝑcio quaſi cõductus fuiſſe videſ, vt totũ librum partim falſis, partim obſcuris, & ambiguis implerer. deceptus & medicæ diſciplinæ ignorantia, vitioſo codice, & feſtinata nimiũ ſuæ interꝓtationis editione. Nos volumen mendis tm̃nõ obſitũ repurgare, ac è veteribus exẽplaribus germanã ſcripturam eruere q̃ diligentiſſime conati ſumus, collatis item veter̃ auctor̃ ſcriptis Galeni preſertim & Oribaſij, à quibus in operis huius procemio teſtaꝫ Paulus accepiſſe ſe omnia: atq; ea ſolũ eius interpretis errata collegi, quæ nõ ſuſtinebã eẽ cõſcius mihi diſſimulanti: quod vitæ ac ſaluti humanæ, maximo eſſe periculo arbitrarer. quæ q̃ ſint grauia, magis ex interpretationis germanicæ contentione q̃ ipſa per ſe cognoſci poſſunt, nec dubitamus alia deprehẽdi poſſe, quæ nos prætermiſerint: nõ enim integrũ & perfectum opus pollicemur: multa tñ conſilio nobis ipſi tranſire permiſimus, cũ quod leuiora, tum ẽt quod nõ animo calũniandi, nõ ambitione, aut maledicendi ſtudio, nõ venãdæ gloriæ cupiditate: ſed ſolũ vt vtilitati publicę, vitę vſuiq; mortalium cõſuleremus, negotiũ tã difficile ſuſceperamus: nec tñ dubitamus ex his qui λόγους ἀκαταβλήτους amant, & χειλιδόνιον μουσᾶσι vitriligatores ſo-re plurimos & Ariſtarchos qui laborem noſtrum calumnienſ: qui me animi cæcũ appellent quod videar λόγων φιλάλλων, quippe qui oĩum diſciplinaꝝ hanc exiſtimant inuriliſſimã: qui demũ cum nihil ꝑbent, niſi quod ab ipſis poſſit intelligi: ꝓter modeſtiam & humanã ciuilitatem, vt ex obtrectatione alienæ ſcientiæ gloriã ipſi aucupenſ, famæ meæ, quantum illi poterunt, domi, in publico, & apud magnates detrahent. Damnent igitur Celſum, Scriboniũ, Aurelianum, Ciceronem, Plinium, Fabiũ, Plinium Secũdum, qui à græcis literis, taquã à bonarum artium theſauro, liberalem oẽm doctrinam, elegantiam, ac græcorum verboꝝ vim, in romanum ſermonem tranſſere magno opere conati ſunt: quiq; eas ad ſuam vtilitatem cum latinis cõiunxiſſe fatentur. Equidem meã ignorantiam & inſcitiam cum tot ſummis auctoribus moderatius feram: quoꝝ æmulari exopto cæcitatem & imperitiam: ac tandẽ hoc vnum me cõſolabitur, quod ſciam: Homerũ qui omnibus eloquẽtiæ partibus exemplum & ortũ dedit, ſuos homeromaſtigas habuiſſe Zoilum & Daphidam. ac aduerſus Theophraſtum virum tanta eloquentia prædituꝫ, vt nomẽ diuinum inde aſſequeretur, ſcripſiſſe etiam fœminã. Has igitur annotationes tuo nomini dicaui reuerendiſſime præſul: quod inter nobiliſſimos, literarum bonarũ ſtudio & doctrina cõſpicuus eſſes, candidiſſimis moribus, mira ingenij promptitudine & acrimonia, & vtriuſq; linguæ peritia & eruditione eximia. Quæ ſi tibi probantur, barbaros iſtos λογιστὰς καὶ λαβρότερος τέχνης cum vniuerſo ſophiſtarum cætu nihil moror: te enim duce ac defenſore κατὰ πάντων ἴχνη παγκρατίζειν. Vale, Salmanticę, calendis Martij Anno ab orbe redempto. M. D. XXXIII.

Diuerſitas inter præm. Doctri. & literæ ſeptem am.

OROSCIVS LECTORI. S.

NOn me latet fore optime lector, vt hic noſter in Paulum labor in varias reprehenſiones incurrat. Nam cũ poſt Albani torini vnam, Guinterij andernaci alterá trãſlationẽ, hoc aſſumere mihi videor, vt neutram ſatis probem. Erũt ſcio permulti qui pleno ore inſtiturum ſtatim dãnent, nõnulli qui mirentur, plurimi qui oleum & operã me perdidiſſe credãt. Hic qm̃ cum duplici hominum genere eſt eruditis & ineruditis res in vniuerſum agit. ineruditos (eos preſertim qui inuidi ſunt) quia dãnant ſemper quod ignorant κὰι βασκαίνουσι τὰ μὴ ἐπιστοὶς ἐφικτὰ, ne ſutor vltra crepidã moneo, hoc; iſtis ſatisfacio, quo d nõ illis ſcribo. Doctis vero quærentibus num ſatis prudẽter facere videar, cum iſthæc in vulgus edo, paulo altius rõ reddẽda eſt, cum ſtudioꝝ vitæq; meæ, tum etiam cõſilij quo nũc ducor. Albanus torinus vir (vt mihi qdẽ videtur) doctus, ſed parum in vertendo Paulo feelix, primus eum é græco in latinũ tranſtulit: in cuius traductionẽ cum primũ incidi, qm̃ in plerisq; fidem, in plurimis diligentiam deſideraui. fieri aũt nullo pacto poteſt, vt nõ dicas quid nõ probes eius à quo diſſentias, nõ equidem pertinaciter cõcertaturus, ſed vt iuſte (quod Cicero philoſophis dignum ait) reprehendẽ, magis aũt publicæ ſtudioꝝ vtilitatis gratia hoc negocij cõtinuo ſuſcepi, vt locos notarẽ quibus ille vertẽdis, vel negligentius ſe geſſerat, vel Pauli mentẽ minus aſſequebat, atq; iam inde, neq; vllum remiſi tempus, neq; me reſpexi, donec operi ſummam manũ impoſuit: & ſelectoꝝ auctoꝝ lectione cõfirmans, & doctiſſimi præceptoris mei Pinciani codicibus adiutus, Paulit æginetę altero, Oribaſij altero, vtriuſq; manuſcriptis antiquiſſimiſq; & multæ fidei. Interea dum ꝓpter prælioꝝ inopiam, qua hiſpania vel maxime abũdat, librũ alibi imprimendum curo: ſic me infirma valetudo corripuit, vt ne nũc quidem ſatis reſtituta ſim, tot ẽterea res repente circũuallarunt vnde emergi nõ potuit: tam multa impedierunt, quæ adhuc expedita nõ ſunt, vt neceſſario à propoſito interim declinarem, dum tẽpus eſſet quo his curis vacuo, cœptum cõſilium & renouare & perficere liceret. Dabiẽ id iam & à valetudine ac cæteris quæ obſtiterãt expeditior factus, hoc vnũ agebam vt Venetijs, liber cuderetur, eratq; res ἐπ' ἀῶτὸς φασὶν ἄκμὴς cũ Guinterius andernacus (vt de ſe iudiciũ facit) de re medica & melioribus literis benemeritus, Paulum latinitate donatum ad nos trãſmiſit hoc (ſi nominis tantũ, nõ etiã publicæ vtilitatis cauſa elaboraſſem) quo modo accepiſſem: quãtum de fortuna mea quererer, quæ tam multa conatibus meis obiecerat impedimenta, vt cum rem cõfectam iam arbitrarer, nũc vel plurimum metuendum mihi eſſet, neſi non ex toto, at certe in partem noſter fruſtraretur labor. Verum longe aliter mihi accidit, nam cum in principio propoſuiſſem, quam maxime ſcilicet veſtris cõmodis inſeruire, tantum abeſt vt moleſte tulerim vt etiam gauiſus ſim, eam mihi dari cõditionem qua (cum obeſſe nõ poſſem) ſtudijs plus aliquanto prodeſſem. q̃ putaram. Circũſpectis itaq; rebus omnibus, rationibusq; ſubductis, ſummam hanc feci cogitationum, in his quæ apud Albanũ notaueram, duoꝝ alterum neceſſe, vt aut mecum cõueniret, aut ab illo ſtaret Andernacus, neutrum tanti eſſe vt à ſpe deciderem, futurũ, & ſi vtriuſq; foret, noſtra vt maximo eſſent fructui. ex Andernaco vero (qñ & ille homo erat) aliquid colligi poſſe, cuius te lector ip ſe admonerem. Proinde quãta maxima potui cura, diligentia, atq; ſtudio, illius trãſlationẽ obſeruãs, quod cõiceceram, re ipſa certiſſimum expertus ſum, nam & cõuenit mecum, & cũ Torino aliquãdo ſentit, & in pleriſq; ille labitur. In his ergo (video enim fructũ harũ annotationum me oſtendere oportere, quo eoꝝ error eripiatur qui nos imprudenter facere credunt) quæ à nobis annotantur, ſi qua erũt quibus cum altero cõueniemus (nã cũ vtroq; nunq̃) hoc te iuuerimus vt opinamur, nõ parum, quod & probatos & grauiſſimos auctores citamus in teſtes, & fundamẽta ita emendationibus iacimus, non hoc tantũ quod tranſferimus, ſed viuis rõnibus, antiquiſſimiſq; exemplaribus, vnde quid potiſſimũ ſequare, melius quàm è muta (vt ita dicam) tranſlatione petes. Porrò in quibus vtriuſq; iacere dicimus q̃uis (vt aiunt) ne Hercules quidem cõtra duos, tamẽ te amice lector & oro & obteſtor, vt prẽiudicata ratio nihil veritati noceat, & vt exacte cõſideratę, penſatis omnibus, ita demum iudices: ſic fiet vt ſi plus apud te æqui quàm iniqui ratio valeat, & nos minus temerarij ob editionẽ, & ipſa editio non in fructuoſa videatur. Bene vale lector & fruere. Salmanticæ. xvj. Calen. Nouemb. Anno à Chriſto nato. M. D. XXXIII.

Quæ in his caſtigationibus ex Dioſcoride adducũtur: ex diuiſione,
& interpretatione Marcelli Virgilij citamus.

Index multorum quæ græce latinéue toto hoc opere enarrata sunt.

Α

Ἀγωνία 32
ἀδρὸς 24
ἀδρόπεπες ibidem
ἄεμμι 32
ἀκρατόμελι 56
ἀλοσία 14
ἀμφιμβραὺς 27
ἀναεάμασις 46
ἀντλημα 37
ἀντλοῦσθαι ibidem
ἀρίχομαι 43
ἀπόδεες 5
ἀποβρεγμα 45
ἀπόζιμα 45
ἀποκρίσις 41
ἀποκρίνεσθαι 41
ἀποκρούεσθαι 44
ἄπτας 54
ἀπτυχισμένε ἕδατι 122
ἀπόχυμα 86
ἀρρεὶς 36
ἀρτυμα 34
ἄσπα 8
ἄσπι 8
ἀστβεσις 86
ἀτάθεος 8
ἄτεμος 61
ἀτεφῶ 61
αὐθημερὸν 73
αὐλίνημα 45
αὐρέγκλα 54
ἀφυλλοπτικὸν 80

Β

Balani 55
Braſſica 3
Bullire 34

Γ

Γλιχὼ 16
γλυγὺ 4
γλυκίχυμος 20

G

Galeni loci 9.12.13. 16.24.25.20.

Δ

Δακτύλιον 62
διάβρωσις 46
δι' αἵματον 75
διακαρύον 50
διαξέω 30
διὰ τρίτου 85
διαφορὴν 44
διαχωρίζεσθαι 41
διαχεόμαι 80
διαψύχειν 87
δύσκωμις 37
δυσκιθέμαντος 24

D

Dioſcoridis locus 74

Ε

Εγκάθισμα 57
ἐγκαθίζεσθαι 57
ἐγκάμινος 42
ἐλκόδης 6
ἐλκόδρυον 6
ἐλκόδρυδα 6
ἐκκρίνεσθαι 41
ἐκνιτρῶσαι 35
ἔλεος 57
ἔλυ 57
ἐμβολὴ 88
ἐμπλάσσειν 81
ἐμπλάττειν 81
ἐνεῖναι 55
ἐνείμενος 55
ἐξαυχίζειν 85
ἐξαυχίζεσθαι 85
ἐσθιέμεν 57
ἐπαγωγὴ 29
ἐπάντλησις 37
ἐπιβρέχειν 32
ἐπιφυκὸς 44
ἐποτώτο 80
ἐπιφορὰ 44
ἔρχμὸς 49
ἑρέσσε 48
ἐυδιοίκητος 8
ἐύσκιρος 9
εὔχυμος 20
ἐφημέρα 27
ἔψημα 17.44

E

Exercitij vſus 5
Exanthemata 82

Η

Ημιπλαγὰς 42

H

Hiceſion 57
Hermolai errata 80.78
Hyæna 48
Hydrelæon 39
Hydromalum 52

Ι

ἰὰς 19
ἰδρὼς 19
ἰκτὶς 58
ἴκτερος 58
ἰχὼρ 37

I

Iacobi de parti. err. 49.
Inducere 81

Κ

Καθιστὴρ 43
καθυπερίζειν 43
καθύποβολὴ 45
κακόχυμος 20
κάπνος 45
κάρος 39
καρδιακὰ 39
καρπὸς 19
κατάντλησις 72
κατακένται 33
κατακλίσεις 53
κατάκρασις 9
κατάγματα 80
κάχρως 32.65.72
κι, 36
κίτρα 2
κορίεσον 48
κόριον 48
κόρις 45
κρᾶμα 15.74.
κριοὶ 56
κρῶτωνες 45
κυκεὼν 58
κύπτος 1
κώνωπια 60
κῶνος 51
κῳνῷ 36

C

Catapotia 33
Cataracta 47
Catheter 43
Chiacum 46
Copi errata 1.3.4.5 6.7.8.9.10.11.12 13.14.15.16.17.

Λ

Λιφαιμόσαι 49

L

Laurentiani errata. 12.13.
Leoniceni errata 24. 25.
Lepyriæ 25
Linacri erratum 9.

Μ

Μαράινω 87
μέλικη 54
μι, 36
μίμαιδα 12
μῦθος 61

M

Macerare 34
Marcelli erra. 55.65 75.76.77.78.80. 86.

INDEX

Medicerũ errata 22.51.
Melea 54
Melicrides 68
Morbus regius 58
Morbus arquatus 58
Myrrha minnæa 85
Meſuæ errata 40

Z

Ζαλεῖον 52
Ζαρὸν 48
Ζυσὸς 37

O

Ὀπὸς ἀλιγοφίρος 15
οἶνος κικραμένος 15
οἶνος ἰσχυρὸπικτος 15
οἶνος ὀινώδης 15
ὀμφάκινον 53
ὀμφάκινον 20
ὀνηρόπεον 8
ὀνηρογμὸς 8
ὀνυχίζειν 85
ὀνυχίζεσθαι 85
ὀξάλμη 72
ὀπὸπάνα 63
ὀρνίδια κατοικίδια 81
ὄσον οὔπω 21
ὅτι μὴ 52

Π

Πάδος 41
παρακμὴ 32
παραλυσις 42
πάρεσις 42
περίστασις 42
παρὰ πλάσσειν 84
περίνασσειν 62
περίψυξις 28
πίλημα 61
πτυάλισμα 16
πλυθρικὸς 72
πολύσαρκος 9
πόνος 74
πρωτόσακτον 45
πρὸς τὰ ὦδῖνας 34
προσφόρειον 33
προσφορίδιον 33
προσφορὰ 33
πύρνος 37
πυρὸν 44

P

Panchryſos 45
Paſſum 4
Pauli ęgine. lapſus 77
Phalangia 73
Pica 2
Pix brutia 86
Proteſtactum 86

P

Ῥίγος 28
ῥυπαρὸς ἄρτος 16
ῥυγμυχασμὸς 46

R

Ruellij errata 80.78.
115

Rhus 72.104

Σ

Σαῶσι 1
σίραιον 17
σκιλιτθάσι 72.81.
σπάδι 87
σαφύλιος 58
σωαίζω 37
συσίλλειν 39
συσολὰ 39
χίσις 49
σρόβιλος 37
σφίκλη 51.72

S

Simonis Ianuenſis errata 54
Smilax 75
Spatha 87
Stacte 88
Suffuſio 47

T

Τίλμος 50
τίπουος 86
τρακτὸν 65
τριφυλλον 1
τύφη 34

T

Taurus 62
Taxus 75
Troglodytes 56
Thymion 75
Tragi duo 78
Typhe 34
Typhodes 25

Υ

Υαῶσι 48
ὑγροπάσσα 67
ὑδαρὴς 15
ὑδαρὲς 15
ὑδατώδης 15

V

Vgonis Senẽſis errata 22.28.
Ventoſitaris cãæ 59
Vnguis roſarũ 85
Vinũ aminnæũ 88

Φ

Φθάνω 75
φρίκη 28

Χ

Χόνδρος 75
χρυσίτης 66

Ψ

Ψαθυρὸς 16
ψαμμισμὸς 57
ψακαζὸς 17
ψύχω 87

Ω

Ὠμόγαλα 55
ὠμοτριδὶς 20

FINIS.

ANNOTATIONVM IN INTERPRETES PAVLI AEGINETAE CHRISTOPHORO OROSCIO AVTORE LIBER.

UNIVERSITEIT GENT BIBLIOTHEEK

VVM fœminas vtero gerentes, eiusmodi magna ex parte casus affi/gent, corporis fere totius redundantiarum moles, iugis vomitus, spu/tatio, erosiones stomachi, & horror deniq; cibi, opere omnino precium me facturum arbitror si suppetias quibus eis subueniatur, scribere ag/grediar.

¶ Commemorat Paulus hoc primo capite ea quę à cõceptu ad par/tum prægnantibus eueniunt τῇ συμπιπτόντων πάσις κυοῦσαις ὑπεδὴ τῶπος μάλισ᾽ ἐναχλῆ τὸ πᾶδισώδεσ ἠ σωιχῶδες ἡμῶν. verbũ τὸ πᾶδισώδεσ vertit inter/pres: corporis fere totius redũdantiarũ moles: ego dixissem: & redũda/tio stomachi, nã σώδεσ idem est quod πεφάσιται teste Hesychio. Tum ẽt quoniam ijsdem remedijs utitur Paulus advomitus curationem, & ité huius accidentis quod verbum πᾶδισώδεσ significat: vt patet ex verbis sequentibus τῶπος πάντας τοῦ πᾶ/σισώδεσ καὶ τὸν ἡμῶν ἰᾶμασι ἰσίν. i. hæc omnia redundationis stomachi, & vomitus remedia sunt: Ma/nifestum autem est non esse eadem medicamina vomitus, & abundantię excrementoꝝ, immo peni/tus contraria: hoc.n. medicamentis purgantibus, illud restringentibus curari debet. Item, neminem habemus auctorem qui inter grauidarum accidentia, cõmemoret hanc totius corporis redundantiã in excrementis: sed stomachi redudationem quam Aristo. vij. de histo. al'ium cap. iiij. nauseã uocat. Ἐπὶ δὲ ναυτίωι ἠ ἐμέτοι λαμβάνουσι τὰς πλήσας. i. Nauseæ item & vomitus plurimas infestant. Actius lib. xiiij. c. viij. de accidentibus grauidarũ πλάδος σομάχου καὶ ναυτία. i. stomachi imbecillitas & nausea. Pli/nius historiæ naturalis lib. vij. cap. vj. redundationem stomachi uocat: A conceptu (inquit) decimo die dolores capitis, oculoꝝ vertigines tenebraeq; fastidium in cibis, redũdatio stomachi indices sunt hominis inchoati, Orib. lib. v. ca. pri. ἐπιπδὴ τῶπος μάλισ᾽ εὐέχλη, τὸ πᾶδισώδεσ καὶ σωιχῶδες ἡμῶν. i. quan/doquidem hæc prægnantes maxime infestare solent, redundatio stomachi & vomitus continuus. Aliaq; infinita pene sunt veterũ auctorum testimonia, quę inuenire diligentioribus facile erit. Decet hominem ut opinor codex impressus, in quo verbum illud πᾶδισώδεσ per duplex. σ. habetur τῶπος πάντας τοῦ πᾶδισσώδεσ καὶ τοῦ ἡμῶ ἰάματος ὄδη: cum per simplex. σ. sit scribendum ex exemplari scripto & Oribasio loco allegato: In quoq; etiam verboꝝ tralatione offendit vertens: quippe hęc omnia tũ su/perfluitatum saburram, tum crebram quoq; uomitionem, non dico cõpescere, sed etiam arcere cõsue uerunt. Dicturus fuit vt modo docuimus: quippe hæc omnia redundationis stomachi & vomitus remedia sunt. ¶ In hũc errorem ne incideret Copus basiliẽsis, in tralatione huius primi libri: satius esse ducit hanc falebram transilire, omissa interpretatione verbi πᾶδισώδεσ, & in eodem capite.

3 ¶ Forinsecus autem præcordijs œnanthem, syluestris punici florem balaustiũ trifolij dic. n. κύπρου interpretor (aut smyrnij comam). Pro κυπίσου vertit, trifolij: æquiuoca appellatione miscẽs simul duo trifolij genera, alterum a' græcis τρίφυλλον dictum, a' latinis trifolium acutum odoratumq; alterq; qđ κύπρος dicitur & romani vocant, trifolium maius auctore Dioscoride. li. iij. cap. de trifolio & lib. iiij. cap. de cytiso. quod posterius de quo sic agitur a' latinis etiam cytisus vocatur: vt est apud Columell'. lib. vij. cap. vltimo. & Plinium lib. xiij. cap. xxiij. Dicendũ itaq; fuit: & cytisi & smyrnij comam; græce καὶ κυπίσου καὶ σμυρνίου κόμην. & ibidem.

4 ¶ Præcordiorumq; quod è molliore lana' conficitur sœpamon.) Nihil ex his magis q̃ ex græcis po/terunt latine legentes colligere καὶ τῷ σκιπάζειν ὑποχόνδριον ἔριον μαλακῷ. i. & tegendo præcordia molli lana. ¶ In quos etiam errores & quidem grauius incidit Copus, hæc.n. Pauli verba ἔξωθεν δ᾽ αἰνασ/θῶμ καὶ βακλώσιον, καὶ κυπίσου καὶ σμυρνίου κόμην, καὶ μαράθρου σπέρμα κοινῶτα ἠ ὧς αὖ μίσγον ἐέλαιος μετὰ φοινίκων καὶ οἰ νου παλαιοῦ κατεπλάσεσ τὸ πᾶδικάρδιον sic transfert. Mane vero præcordijs cataplasma imponere oporter, ex œnanthe, balaustio, cytiso, myrrha, gũmi, fœniculi semine nec refert vtrũq; miscere volue/ris, aut cum vino veteri & palmulis, aut solidum siceũq; præcordijs adhibere. In primis.n. deceptus vocum similitudine pro ἔξωθεν. i. foris: legit ὕωθεν. i. mane, reclamantibus græcis codicibus & Orib. lib. v. cap. primo. à quo omnia hæc ad verbum sunt excripta. Peccauit itẽ quoniam pro σμυρνίου. i.

Err. Copi

Aristot.

Aetius

Plinius

Oriba.

Err. Copi

Dioscor.

Plinius

Err. Copi

Orib.

Err. Copi.

Dioſco. ſmyrnij herbę de qua Dioſco. li. iij. cap. lxxij. & Gale. viij. de medi. ſimpl. facultatibus, & Theophr.
Gale. ix. de plantarum hiſtoria: qui tamen non ſmyrnium ſed hippoſelinum vocat) tranſtulit myrrha, de-
Theophr. ceptus etiam uocum vicinitate: quod autem σμυρνίου. i. ſmyrnij ſit legendum, patet magno omnium
Oriba. exemplarium conſenſu: & ex Oriba. libro. v. cap. primo. Preterea κόμμι .i. comam, transfert: gum-
Err. Copi mi: deceptus eadem vocum ſimilitudine: nam legendum κόμμι non κόμμι, ex exemplariū græcorum &
Orib. Oribaſij teſtimonijs liquet: adſtipulante etiam Actio li. xiiij. ca. viij. de vomitu & nauſea pgnantiū
Actius in hæc verba βοηθεῖ δὲ ἐξαίφνης οἰναρίοις καὶ βακκάρεως καὶ σμυρνίου κόμμι καὶ μαράθρου σπέρμα .i. Confert au-
Err. Auicē. tem foris cœnanthe, & balauſtium, myrthi, & ſmyrnij comā, & fœniculi ſemen. ¶ Ex hoc Pauli lo-
co facile erit Auicennę erratum emendare. vigeſima prima tertij. r. ſecūdo. cap. quarto. De appetitu
prægnantis, & polypodium quidem (inquit) exiccatum, conuenit appetentibus iutū ex eis quæ om-
nia (quod facile erit legentibus cognoſcere) ex Paulo in hac parte ad verbū fere deſumpta ſunt: Con
ſtat tamen, in hoc auctore amylum ſiccum legi, non polypodium exiccatum καὶ ἄμυλον ἐηρὸν μᾶλλον δὲ
αὖ τοῦτο σωίγκασι τὰς ἐμουσας γιὰ ἐπίθεν ὡς οὐ τῇ καλουμένῃ κίττῃ. & amylum ſiccum quod maxime cō
Orib. ſert his quæ terra veſci appetunt: vt in morbo qui pica dicitur. Orib. item lib. v. cap. primo iiſdē ver-
Pica bis amylum ſiccum laudat, non polypodium. Illud obiter annotandum morbum qui a romanis, pi
κίττα ca, a græcis κίττα dicitur: varium eſſe appetitum in mulieribus, circa ſecundum aut tertium a conce
Actius ptu menſem: quod non poteſt fœtus omne quod in vterum nutrimenti cauſa defertur abſumere: cō
geſtisq; ob eam cauſam in ſtomacho varijs & vitioſis humoribus, ſit vt os ſtomachi grauidarū pra
ua qualitate afficiatur: vnde varios & abſurdos cibos appetunt: puta terram, vel lapides, cretā, vel ex
tinctos carbones, acida item, & acerba, nonnunquam acria: vnde appellationem hanc hic morbus in
uenit: ob varietatem pennarum quæ in pica aue conſpicitur: vel quod huic malo ſæpenumero ſit ob
noxia, vt cenſent Orib. & Paulus. in quarto tamen a conceptione meſe quieſcit hic appetitus: par
tim quod vomitione vitiati humores expurgantur: partim quod concoquūtur: vtpote exiguum ali
menti tunc ſumente muliere ob faſtidium, partim etiam quod iam fœtus alimēto plurimo indiget,
& vitioſi ſimul aliquid attrahit cum ſanguine. Actius lib. xiiij. cap. viij. alias appellatiōis huius mor
bi cauſas reddit, his verbis: τὸ πεῖν. βαμβάκια συμβαίνει τοῖς κυούσαις πάσαις κίττα ὀνομάζεται ἐκ μεταφορᾶς δέ
νέας τινὸς ζώου οὕτως λεγομένου, ἕλκοντι ὥσπερ καὶ ποικίλαις φάττυγομένου. τινὲς δὲ φασὶ ἐκ μεταφορᾶς τοῦ φυτοῦ κίττου
λεγομένου, πρὸς πλικομένου δι᾽ ἀκρίβειαν φυτοῖς τοῖς περατυχοῦσιν. i. Circa fm a cōceptu meſem affectus qui
dam in prægnantibus fit, qui citra dicitur. i. pica: ſumpta metaphora ab aue quadam quæ pica di
citur, quæ alias diuerſe ac varie cantat. Quidam tamen dicunt ex metaphora plantæ quæ cittos
Gale. .i. Hedera dicitur, quæ diuerſis plantis in quas incidit contexitur. Plura dicerem ſed hæc alieno loco
Ariſt. ſatis multa: qui copioſius de hoc morbo alia velit cognoſcere: legat Galenum quarto de cauſis ſym
Actius pto. Ariſtot. vij. de hiſtor. animalium. cap. quarto. Actium præallegato loco. Alexandrum aphrod.
Err. Auicē. ſecundo problem. & interpretem Ariſtophanis in comœdia cui titulus veſpæ & in pace. ¶ Eſt & ali
ud Auicēnæ erratum code capite: cuius verba ſunt: & de medicinis appetitui conferentibus eſt om
ne in quo eſt ſtipticitas cum caliditate ſubtili ſicut virga paſtoris decocta cum vino & ſucco eius.
Quæ omnia ex hoc Pauli capite exſcripta: miſcet & confundit: prædicta ſiquidem remedia contur
bationi ſtomachi conferunt, & prægnantium nauſeæ nō deiectioni appetitus: Nec ariſtologia cum
Pau'us virga paſtoris decoquenda eſt: ſed anethum. Pauli verba ſunt ὡς δὲ φάρμακον πολυγόνου μὲν τὴν πόαν ὕ
Orib. δωρ ἑφθὸν πεῖν καὶ ἀνήθου ὁσαύτως: hoc eſt quantum vero ad pharmaca attinet: decocta polygonij radix
in aqua bibatur, ſimiliter & anethum. Orib. lib. v. cap. primo. Confirmat idem iiſdem verbis: quę ne
bis eadem lector legat omittimus. Cui etiam lectioni ſuffragatur lectio arabica, ex Andreæ belluñē
Err. Auicē. ſis caſtigationibus: in hæc verba: ſicut virga paſtoris cum anetho bibatur decoctio eius. ¶ Nec mul
Paulus to poſt ſequitur aliud Auicēnę erratum: Ariſtologia (inquit) ante cibum & poſt ipſum. Pro ariſtolo
gia, legendum eſt rha ponticum, auctore Paulo in hoc loco καὶ τῆς πωντικῆς ῥίζης καλεῖται δὲ ὑπὸχοριάς ἔσε
τῶνπε καὶ τῶι πῶ σίτου καὶ πρὸ τοῦ σίτου λαμβανόμενη. i. & radix pontica quæ ab incolis rha vocatur. Hæc enim
Orib. ante cibum & poſt ipſum aſſumi debent: ſunt eadem Oribaſio lib. v. cap. primo. & Actius libro. xiiij.
Actius cap. viij. πολυγόνου ἀφέψημα πινόμενον καὶ ἀνήθου ὁμοίως καὶ ῥέου πωντικοῦ καὶ νεαρὸ σπάχνος ἀπὸ βρεγμα. i. Bibitur
decoctum polygonij & anethi, & rha pontici, & ſpicæ nardi dilutum, comprobat id lectio arabica ex
bellunenſe, his verbis: & raued ante cibum & poſt ipſum, de quo parum ſumatur: Quibus locis mi
ſerum eſt quantū a vero ſenſu omnes Auicēnæ interpretes deuiarint ridiculas interpretationes quę
rentes, & infra.

¶ Eſcæ porrō deſiderium exercitationes & longiuſculæ peregre profectiones reſtituunt). Vitioſe ſ
in codice impreſſo habetur ὦσιτοι δὲ καὶ οἱ πόνοι καὶ αἱ μακροτέραι ἀποδημίαι. Lego ex ſcripto exemplari &
Actius Actio libro. xiiij. cap. viij. ὄφελοι. i. vtiles etiam ſunt labor & longior peregrinatio: ſunt. n. hæc reme
Err. Copi dia affectus illius qui pica dicit, non faſtidij ciborum: labitur & hoc in loco Copus: & Andernacus
Err. Ander ille. n. vertit: cibi appetentiā inducunt labor & longior perigrinatio; hic vero, cibi facit appetentiam
nacus labor & longior peregrinatio; & infra.

¶ Aduerſus

6 ¶ Aduersus pedum tumores præsentissimà cum vtilitate solastrum quam anthyllidem vocant in aceto maceratam,& brassicæ latioris folia.) Græce πρὸς δὲ τὰ οἰδήματα τῶν ποδῶν ἐξαίρετα ἀδόιλιν οὖ ὄξει βεβρεγμένῳ ὠμοῦ καὶ φύλλα κρόμβης πλατέως. Interpres legit πλατέως vt sit adiectiuum nomẽ dictio ni κρόμβης coniunctum: quæ in hunc modum interpretatur: & brassicæ latioris folia. Manifestum tñ est, auctore Dioscoride. lib. ij. cap. iij. tres esse solum species brassicæ. alia n. est sariua, alia agrestis, alia ma rina: cui cæteri omnes herbariæ medicinæ scriptores consentiunt, neq; vsquam de brassica latiori fit mentio. Nos credimus dictionem illam πλατέως aduerbium esse quod significat, latè: vt sit sensus: folia brassicæ supra pedum tumores esse imponenda secundum latitudinem foliorum. Orib. li. v. ca. j. καὶ φύλλα κρόμβης πλατέως ὠφέλιμα. i. & folia brassicæ, quæ tamen secundum latitudinem imponantur. Aetius lib. xiiij. cap. ix. κακῶν δὲ καὶ ἀδόιλιν οὐ ὄξει βεβρεγμένῳ ὠμοῦ μετὰ φύλλων κρόμβης ὠφελιμίων πλατέως. i. optimum autem est solastrum in aceto maceratam illigare, foliis brassicæ secundum latũ superimponitis: qua in parte errauit & Andernacus, vertens: item folia brassicæ latioris: & Copus itẽ qui prædicta verba transfert: pedum tumores magnifice discutit anthyllis in aceto macerata. & brassicæ latioris folia. ¶ Nec alienum à proposito erit Auicẽnæ erratum annotare vigesimaprima certij. r. ij. c. vij. in curatione tumoris pedum in prægnantibus: emplastrẽtur (inquit) pedes cum folijs caulis, & liniantur cum vino mixto cum aceto, aut cum decoctione citri aut cum decoctione chimoleę. Manifestum autem est ex Paulo in hoc loco, & Oribasio li. v. cap. j. & Actio lib. xiij. cap. ix. pedũ tumores ex chimolea aceto diluta illiniendos esse: non ex decoctione chimoleæ: quod & Halyabb. confirmat primo pract. cap. xix. his verbis: & rama chimoleæ si dilitemperetur in aceto, & cataplasmetur eo pes proderit: Serapio trac. v. cap. xxxiij. & kimula quãdo ponitur cum aceto & illinitur. Liburij; ad hanc rem auctores arabes testes citare, quo magis manifestus sit Iacobi de partibus error, qui credit præceptum ab Auicenna vt pedes cum decocto chimoleæ illiniantur. ¶ Ibidem etiam in tralatione Andernaci legimus: Recte etiam mala medica, quæ citria alias dicũtur aque incocta pedibus admouentur græce ὠγαθὸν δὲ καὶ τῶν μηδικῶν καλουμένων μήλων ἄδηλον καὶ κιτρέα καλοῦσιν ἐνιόντας εὖ ὕδατι κατὰ νίζειν τοὺς πόδας. i. Profunt etiam mala medica quę citria dicuntur, lauandis pedibus incocta: vt sit sensus: lauandos esse pedes ex citri decocto. quam lectionem Auicẽna confirmat vigesimaprima. 3. t. 2. cap. 7. & liniantur cũ decoctione citri: Labitur tamen in hac re Copus qui transfert medica quoq; mala quæ & citrea dicuntur in aqua cocta veliter pedibus adhibentur.

Dioſco. Braſſica Orib. Aetius Err. ander. Err. Copi. Err. Auicẽ. Paulus Oriba. Actius Hailyabb. Serapio. Err. Iacobi Err. Ander. Auicenna.

EX CAP. II.

7 ¶ Manus ac humeros vngendo, texendo q; exercear.) Pro ἀλᾶτο. i. molendo, vertit, vngendo: refragante & vero sensu: & propria verbi illius significatione. Copus verbum ἀλᾶτο omisit absq; tralatiõe.

Err. Copi.

EX CAP. III.

8 ¶ Atqui istoc etiam modo, bonitatis periculum facere cõuenit, lac emulctum vitreo vasi minus capaci infundito, digitis q; circũactis frangito.) Inter cæteras notas boni lactis, ad alendos infantes, illæ etiam sunt, quò d candorem habeat & æqualem crassitudinem, & ne defluat vngui instillanti: quę etiam docuit Dioscorides. lib. ij. cap. de lacte his verbis: εἰσὶ δὲ καλὸν γάλα τὸ λευκὸν, καὶ ὁμαλὸν τῇ παχύτητι, καὶ συνεφεστὼς ἐπιδὰν ὠσκαὶ ὄνυχι. i. optimum lac est quod candidum est, & æqualiter crassum, & quod vngui instillatum non defluit. Galenus item primo de sanit. tuen. ὠσπερ οὖν μέλλοντες πειρᾶσθαι τῆς ἀκριβοῦς τὸ γάλα, γεύσεται, καὶ ὀσφρήσεται, καὶ χαῦ χεομένοις καὶ ὁμαλυνομένοις τοῦ λευκοῦ δὲ καὶ ὁμαλοῦ καὶ μέσως ἐχοῦν ὑγρότητος, πειρᾶσθαι χρόνος. i. Consideretur nutricis lac & exquisite probetur, gustu, visu, & odore, ita vt gustanti, olfacienti q; dulce sit, album etiam & æquabile, medium inter liquidũ & crassum. Adde citrq; præter hos etiam, Paulus, vt æqualis illa crassitudo certius deprehendatur: oportere lac vngui in stillatum ad solem & lucem conuertere: quod si æqualem lucem trãsmittat æquale erit crassitie: Addit & aliam probationem: vt. f. in vitreum poculum, lac injiciatur: tum triti coaguli quod satis sit misceri, postea cum concreuerit: si maior lactis illius pars in serum discesserit, inutile iudicandũ est & aquosum: Si econtrario: coctu difficile: si mediocre, id erit optimum. In codice tamen impresso mendose legimus τοῦ μίσου, quæ interpres vertit: minus capaci in proprio quidem & inaccomodato sensu. Lego in antiquo exemplari παμίσου. i. Coaguli; vt sit vertendum: in vitreum poculum lac inijciatur: cui parum triti cum digitis coaguli sit admixtum. Confirmat idem Oribasius ijsdem verbis lib. v. ca. iij. Male item vertit Copus: lac emulctum injice in vas vitreum modicum, deinde digitis agitatum sine donec concrescat. ¶ Hinc Auicennæ error agnoscitur tertia primi. t. primo. cap. secundo. vbi de probatione lactis in nutricibus, inquit: ipsum etiam experitur cum in ampulla ponitur & parum myrrhæ super ipsum projicitur & digito miscetur: propter hoc enim scitur aquositatis ipsius, & caseitatis ipsius quantitas: error est manifestus, non. n. myrrhæ legendum est, sed coaguli teste Oribasio & Paulo: Nec. n. myrrha coagulandi vim habet.

Gale. Orib. Err. Copi. Err. Auicẽ.

EX CAP. IIII.

9 ¶ Eius generis sunt cum semen, tum radix fœniculi, ptisana, cytisi folia vino aut ptisana decocta). Mendose in codice calamo descripto legitur, sicut etiam in impresso εἰσὶ δὲ μαράθου τε ῥίζα καὶ ὁ καρπὸς

ξυμένα πισάνη: quod fecit interpretem magno errore credere, ad lactis abundantiam probari ab hoc auctore, semen & radicem fœniculi & prisanam. Diuersus tamen est: ni fallimur: Pauli sensus: semen .s. & radicem fœniculi in prisana simul cocta ad lactis abundantiam facere: idq; magnis coniecturis

Orib, Dioſco. ſuſpicamur, Oribaſius. n. li. v. cap. iiij. vnde Paulus hæc ad verbum desumpsit: ἐλὰ δὲ μαραθρου τὸ ἑψηθὲν καὶ ἀφεψηθὲν πισάνῃ. i. Sunt autem medicamenta illa, radix & semen fœniculi cocta in prisana Dioſco. lib. iiij. cap. de fœniculo. αὐτὴ ἐξαιρεῖται ἡ ποὺς ὀδύνας γάλα κατεισαγεῖ καὶ τὸ σῶμα δὲ πνέυμονι καὶ σωληνόμενον πισάνῃ. Hoc est: facit lactis copiam fœniculi herba, aut semen eius potum & cum prisana coctum, & ibidem.

¶ Vino aut prisana.) Græce οἴνῳ μέλανι. i. in vino nigro: omisit. n. interpres dictionem μέλανι. i. nisi gro quæ tamen in cunctis exemplaribus habetur & Oribaſio lib. v. cap. iiij. & ſtatim. 10

Orib. ¶ Papauer nigrum, dulce, anethum.) Corrupte in græco codice impreſſo legitur καὶ μελάνθιον γλυκὺ καὶ ἄνηθον, quæ latina ſic fecit interpres, vt nihil obſcurius, nihil confuſius eſſe poſſit. Scribo ex vetere exemplari γλυκᾶ cum .ᾶ. diphthongo in fine: fiuntq; facilis librarij lapſus ex .ᾳ. diphthongo in .υ. Eſt 11

γλυκὺ Paſſum Err. Ander. Plinius autem γλυκᾶ datiuus à nomine γλυκύ, quod paſſum ſignificat: vt ſit vertendum, & papauer nigrum ex paſſo. Peccauit etiam Andernacus, vertens: melanthium dulce, & anethum. Modum autem conficiendi paſſi qui cupit videre, legat Plinium lib. xiiij. hiſtoriæ naturalis cap. ix. & Columellã lib. xij. c. xxxix. Quo ẽt loco grauiter errauit interpres germanicus, integrum locũ Pauli abſq; traductio- 12

ne omittens, καὶ ἀ πάχος ἔσω ἢ ὑγρὸν καὶ ὀναισθήτως προαμέλξασαν οὕτω προσδίδωσι τῷ παιδίῳ. τὸ δὲ γλυκὺ μηδὲ πάντα ἀσίτῳ διδόναι. τοὺς δὲ ὀναισθήτους καὶ οἴνους διδόασι καὶ σιτίων ἥδιον διορθοῦσθαι, πρὶν δὲ τοῦ πυρεμένου γάλακτος εἰς τῷ πρὸ μεσῶν κατὰ τὸν τρίτον βίβλον λεχθέντα. Hoc eſt: lac vero omne quod vitioſum fuerit, ſiue craſſum ſit aut acre, aut mali odoris, prius mulgeatur, deinde exibeatur puero. Acre autem lac nullatenus puero ieiuno exhibendum eſt: fœtorem autem lactis & vinum boni odoris, & cibi dulces emẽdare poſſunt. De caſeato autem lacte in tertio libro dicetur, cum de mãmarum morbis agemus. Quæ omnia non erant abſq; vlla cauſa ab interprete omittenda: cum etiam in vetere exemplari reperiãtur & in Oribaſio lib. v. cap. iiij. & ab Auicenna, tertia primi. doct. prima. cap. ij. exſcribantur, his verbis.

Auicẽna, Lac. n. laudabile & temperatũ eſt, in quo aquoſitas & caſeitas ſunt æquales: quod ſi aliqua nobis neceſſitas fuerit lac tale habere, ipſum præparabimus ex parte lactationis, & ex parte nutricis: ex parte quidem lactationis: quoniã lac quod groſſum fuerit & mali odoris, melius eſt vt non detur, niſi poſtq; mulctum fuerit & in aere moram fecerit, & quod vehementis fuerit caloris, conueniens erit vt nullo modo ieiuno detur, & paulo inferius. Lac vero malum habens odorem medicandum eſt, dando in potu vinum boni odoris. Hoc etiam in loco labitur Andernacus, qui pro. προαμέλξασαν quod nos ver-

Err. Ander. timus: prius mulgeatur: interpretatur, puerum qui prius fuxerit eadem qualitate inficit. Copus præ-

Err. Copi. dicta omnia verba non vertit.

EX CAP. VII.

¶ Quando autem tuſſis aut deſtillatio (quam coriza vocãt) infantem impetit mellitiſmatis) qđ 13

eſt ex ſigmatis ex melle) vtendum eſt: caput multa prius calida aqua ablutum, mox magna mellis copia perungi. ¶ Euenit pueris lacte ſolum nutritis frequẽs tuſſis, ex multa copia lactis quã deuorant, quod ad aſperam arteriam deſcendit, & quoniam humidiſſimum habent caput, defluuntq; humidi tates ad pectus. Tum etiam quod intra vterum, calidum aerem reſpirabant, editi autem in lucem frigidum ſpirant. Ad cuius curationem præcepit hoc in loco Paulus: melle plurimo caput eorũ inungi καὶ κατὰ κεφαλὴς χρίσαι μέλιτι πολλῷ διεμῷ. i. caput multo melle calido inungat. Sic. n. in cod. ſcripto le-

Oriba. Err. Ander. Err. Auicẽ. gimus & in Oribaſio lib. v. cap. vij. quãuis in græcis exemplaribus impreſſis, & in interpretatiõe germanica, & Andernaci dictio διεμῷ. i. calido, deſyderetur. ¶ Ex his, liquet Auicẽnæ error. tertia primi. doc. prima. cap. iij. de tuſſi puerorum: eſt etiam (inquit) cum eis accidit tuſſis, & reumatiſmus, & in his quidam iam præceperunt quædam: vt multa aqua calida ſuper ipſius caput proijciatur cui hoc accidit, & vt ipſius lingua ex melle multum liniatur: quæ ex Orib. & Paulo exſcripta eſſe, facile erit legentibus cognoſcere. Error tamen manifeſtus: non. n. lingua melle perungi debet, ſed caput: ſi prædictis auctoribus fidem adhibemus. Quod & Alſaharauius lib. pract. trac. xx. cap. xxiij. confirmat his

Alſaha, Halyab, verbis: & eſt quod abluatur aqua calida, & liniatur caput eius cum melle mixto. Halyabbas item lib. pract. cap. xx. Si autem apparuerint cum hac maculæ humiditatis, operiatur caput eius melle. Addu ximuſq; ad hanc rem teſtimonia etiam ex arabicis ſcriptoribus: quamuis poterant, græcorũ authorũ dicta ſatis eſſe: quibus ob antiquitatem & rei peritiã, fides merito habenda erat: vt manifeſtior ſit Auicennæ, aut eius interpretis error. Nec. n. unq; ſine locuplete teſte, à receptis antiquorũ dictis, recedam.

EX CAP. VIII.

¶ Sed abundanti quoq; unctione ex oleo crudo.) Accidit pueris circa dentium ortum pruritus gin- 1

Hippo. Gal. giuarũ, auctore Hippocr. iij. aphor. apho. xxvj. πρὸς δὲ τὸ ἐδόντος φῦσιν προσφύσεις ὄλισθον ἐδάκτυσμοί. i. in pro-

greſſu vero cũ dentire incipiunt: gingiuarũ pruritus: qui perforatis gingiuis à dentibus prodeũtibus accidit, teſte. n. Galeno in cõmẽ. grauius dolent q̃ ſi ſtimulus carni infigeretur, huc ſiquidem ſemel in

membro

membro infixus quieſcit,dentes vero procedunt tãdiu dum augentur.In hoc morbo vtilis inunctio eſt ex oleo cocto in quo parum ceræ ſit liquefactum auctore Paulo in hac parte. Interpres tamen pro ἄπεπτον.i.excocto,tranſfert,crudo,contrario penitus ſenſui: ἄπεπτον.n.latinis,excoctus eſt:quod græcarum literarum peritis euidentius eſt:q̃ vt teſtimonijs egeat comprobari. Inde apud Suidam ἀπέπτου χωνεύου, τουτέστι τὸ πολλάκις ἐψηθέντος. Labitur etiam Copus qui vertit:atq; multa vnctione,cũ oleo crudo cum exigua cera liquefacto. ἄπεπτος Suid. Er. Copi.

EX CAP. IX.

15 ¶ Inſpergentes lanæ,vel cyminum,vel anethum,vel apium.) In Oribaſio lib.v.cap.ix. ἄνισον.i.anisum legimus,non ἄνηθον.i.anethum:cui lectioni Auicenna adſtipulatur.tertia primi.cũ de fluxu puerorum ageret,his verbis:quod ſi timor adfuerit quod ex eo adueniat ſuperfluitas, ſuccurrendum erit ei embrocãdo ventrem eius,ex anthera.i.ſemine roſarum & cymino,aut aniſo,erraut etiam Copus, & Andernacus,& ibidem. Orib. Auicenna. Err. Copi. Err.ander.

¶ Aut nepere farina cum melle illita clementer irritetur.) Græce ἢ καλαμίνθῃ πτερίμμενα μετὰ μέλιτος χρίειν.i.aut nepita trita cum melle inũgantur.

EX CAP. XVI.

16 ¶ Quod vero vtcunq; ac modicè pallet,inchoatam nunc primum cocturam portendit.) Statuit hoc in loco Paulus,cõmodiſſimum tempus ad exercitationem,in his qui optima ſanitate fruuntur, eſſe:poſtq̃ heſternus cibus duplici concoctione iã prorſus fuerit confectus:ea.ſ.quæ in ſtomacho fit, & ea,quæ in venis:prouenium.n.ex tali exercitatione plurima cõmoda,potiſſimum vero hæc tria q̃ Galenus ſecũdo de ſanit.tuen.numerat.membrorum duricies quę ex muſculorum mutuo attritu in exercitationibus fit,naturalis caloris augmentum,& fortis motus in anhelitu.ad quæ tria referũtur vſus reliqua omnia priuatim commoda quæ exercitijs eueniunt.Nam ex membrorum duritie fit vt minus ex laboribus afficiantur:fit etiam vt robur maius ad labores habeant.Ex caloris augmento fit,vt attractus ſanguinis,aut humiditatũ nutriẽtium corpus validius ſit:fit etiam vt immutatio harum humiditatum ſit magis expedita,& nutricio felicior, atq; alimẽti diſtributio in membra facilior. Ex forti vero motu in anhelitu ſequitur,vt omnes corporis meatus & foramina expurgentur,& vt excrementa totius expellantur.Ex his igitur exercitij vtilitatibus,haud difficulter erit tempus eius ſtatuere:nam ſi digeſtionem nutrimenti in corpus adiuuat,non debẽt,cum adminiſtratur,cruditi incocti q̃ cibi aut ſucci,vel in ſtomacho,vel in venis contineri:vnde periculum ſit ne prius q̃ per maturã cõcoctionem vtilis ſit,in omnia prius corporis membra rapiatur:& quoniam meatus(vt diximus)expurgat,& excrementa expellit,vtilius eſt ante cibum exercitationem adhiberi,poſtq̃ præſumptus cibus, duplici fuerit concoctione confectus. Si enim prius aut poſterius (auctore Galenio) exercitatione utaris: aut crudis humoribus hominem impleueris, aut pallidæ bilis prouentum auxeris. Adeunda etiam exercitatio eſt expulſis primis excrementis , quæ vel in veſſica , vel in inferiori aluo continentur : ne quid ex ijs correptum caloris vi , in habitum corporis rapiatur. Signum vero temporis ad exercitationem apti ex lotij colore deſumitur auctore Paulo in hac parte.is-n.color qui aquæ ſpeciem præfert,crudum adhuc in venis eſſe ſuccum oſtendit:eum.ſ.qui à ventre ſummittitur.qui vero ruffus & bilioſus eſt iam dudum concoctum eſſe ſuccum,quæ autem modice pallet, peractæ modo huius ſecũdæ concoctionis eſt ſignum.Nec ſcio quid in tam manifeſta re præter negligentiam deceperit interpretem,vt pro οὔπω γεγενημένης redderet,inchoatam nũc primum , dicturus: vt liquet:peractam modo,hanc lectionem probat Gale.ſecũdo de ſani.tuen. γνωρίσματα δὲ τοῦ πεπέπτου καιροῦ τῆς οὐρέας ὑγροὶ τὸ μὲν οὖν ὕδατι ὅμοιον ἀπεπτου ἔτι σημαίνει τὸν ἐκ τῆς γαστρὸς ἀπαδιδόμενον χυμὸν οὐ πῶς ἀγαθοῦς πεπεῖχθαι, τὸ δὲ πυῤῥὸν καὶ χολώδες ἐκ πολλοῦ κατεργάσθαι, τὸ δὲ μετρίως ὀχρὸν ἤδη τῆς δευτέρας πέψεως γεγενημένης ἐστὶ σημεῖον. hoc ẽ:Nota autẽ huius temporis,color eſt vrinæ:quæ.n.aquæ præfert ſpeciẽ, crudum adhuc in venis indicat eſſe ſuccum,qui ab ſtomacho diſtributus erat:quæ vero ruffa & bilioſa eſt,iam dudum concoctum eẽ: quæ modice pallet,peractæ modo ſecundæ concoctionis eſt ſignum. Confirmat id Oribaſius lib.j.cap.ij.ijſdem verbis.Male igitur vertit Andernacus: quæ leuiter pallescunt initium concoctionis,quæ adhuc ſit,ſignificant. Gal. Gal. Orib. Err.Ander.

EX CAP. XVII.

17 ¶ Accliuis longaq; pro cuiusq; virili inambulatio,huius quoq; generis eſt.) Vitioſe in græco codice impreſſo habetur καὶ οἷ ὁ κλῖνος ὁμοίως πεπεπτοῦ τοῦτου τοῦ γένους ἐστί. Lego ex ſcripto exemplari, & Galeno ſecũdo de tuenda vale.& Orib.lib.primo.cap.iij. καὶ οἱ ἄνεσις περίπατοι τούτου τοῦ γένους ἐστί.i.huius etiam generis ẽ,acclius inambulatio.Qua in parte labitur Andernacus tranſferens:item quum quis quantum maxime poterit inambulat:& Copus:item ſi quis quãtum maxime poterit inambulet,& ibidem . Gal. Orib. Err.Ander. Err.Copi.

18 ¶ Motiones q; validas,æquabiles,ac promptas edat.) Mendoſe in exemp. impreſſo habetur καὶ αἱ κινήσεις ἀσφαλεῖς τε καὶ ὁμαλαὶ καὶ ἑξόδιμοι γίνονται. Vetus codex καὶ αἱ κινήσεσ ἔτοιμοι τε καὶ ὁμαλαὶ καὶ ἐρυθμοὶ γίνονται.ideſt motiones vero promptæ,æquabiles & cõcinnæ fiunt.ſtat à nobis Gale.ſecũdo de ſan.tuen. Gal.

Oriba. & Orib. lib. primo. cap. iij. Deceptus item Copus, vertit: & motus firmi æquabiles & faciles.

Err. Copi. EX CAP. XX. 19

¶ Laxatur itaq; & remittitur quod distensum est, frictione exigua pariter, & molli ex oleo dulci.) Ad curationem lassitudinis tensiuæ, necessariam esse relaxationē, quæ contraria tensioni est, testis est Gale. iij. de tuen. valet. auctoritate Hippocratis. hæc frictione moderata cum oleo dulci & calido fricdocente, id Paulo in hac parte χαλᾶται δὲ τὸ σωμα πεμένον τρίψει μὲν ὀλίγῃ καὶ ἄμα καὶ μαλακῇ δι' ἐλαίου γλυκέος καὶ ἐλικρινοῦς. i. laxatur autem quod tensum est frictione pauca & molli, ex oleo dulci insolato. Interpres dictionem ἐλικρινοῦς. i. insolata, omisit ablq; traductione: sic etiam & Copus. Andernacus, non latis accomodate vertit: egelido. Est enim ἐλικρὴς qđ apud latinos calidus à solis radijs, aut apricatus

ἐλικρεῖς ἐλικρεῶν & ἐλικρεῶσι idē quod ἠλιάζεσθαι. i. apricare, aut insolare dictū (vt Mosco pulo placet) παρὰ τὸ ἥλιος οὗ τῷ ἠλίῳ aut quod verius existimo παρὰ πρὸς τὴν ἕλκω εἵρεσθαι. Cum autem vetus codex con-

Err. Ander. sentiat cum editione vulgata: non debuerat interpres eam dictionem omittere: præsertim cum nō pa-

Mosco p, rum agat ad sensum & remedij vim. Galenus, iij. de tuen. sanit. à quo hæc omnia, capite de cura ten-

Gal. siue laßitudinis χαλᾶται δὲ καὶ τὸ σωμα πεμένον, τρίψει μὲν ὀλίγῃ τε ἅμα καὶ μαλακῇ δι' ἐλαίου γλυκέος τε ἐλικρινοῦς. i. relaxatur autem quod tensum est frictione pauca simul & molli ex oleo dulci insolato. Testatur

Oriba. idem Orib. lib. v. cap. xv. ijsdem verbis, & ibidem.

¶ Pari modo multa quiete præsertim continua.) Vitiosus est hoc loco codex impressus οὔτως δὲ καὶ 20
ὀσυχίας πολλῆς καὶ μάλιστα σωιχῆς. Legendum est ex veteri exemplari καὶ ἐλαμματος σωιχῆ. i. pari etiā mo-

Gal. do multa quies, & vnctio assidua. Confirmat eam lectionem Galen. tertio de sani. tuen. De curatiōe

Orib. lassitudinis phlegmonosæ οὕτω δὲ καὶ ὀσυχίας πολλῆς καὶ ἐλαμματος σωιχῆς. i. sic etiam & quies multa, & vn-

Err. Copi ctio assidua: sunt etiam eadem Orib. lib. v. cap. xv. Copus eodem errore, vertit: item tranquillitas ma-

xime multa & assidua, & statim. 21

¶ Lauacris præterea protinus exiliant, maxime vbi gelidam aquam subierint.) Hæc q̄ obscura sint iudicent legentes: græce ἐκπηδάτωσαν δὲ οἰδίους οὐ τοῖς λουτροῖς ἐκ τῆς ὑγρᾶς διαμονῆς. i. ac protinus in frigi-

Gale. dā soliq; lauacra exiliant. A nobis stat Gal. tertio de tuen. valet. cap. de cura quartę lassitudinis ἐκπηδάτωσαν δὲ διδίους ἀπὸ τὴν ὑγρὰν ὑπὸ τοῦ μένειν αὐτοῦς τῶν οὐ τῷ διέρματι τόνου ἅμα ἐρμότητι. i. Protinus in frigi-

Gal. dam aquā exiliant: vt videlicet maneat ipsis in cute robur vnā cum calore. Euenit. n. inde (teste ibidē

Orib. Galeno) vt sequenti tempore, minus per halitum amittant: & facile in carne cutęq; nutrimentum re-

Err. Copi sumāt, quo nihil commodius: cum in his nullus alius affectus sit, q̄ carnis gracilitas & ariditas. Cō-

Err. ander. firmat id, Orib. ijsdem verbis. lib. v. cap. xv. errauit hic etiam Copus transferēs: exiliant vero illico ex balneis, præsertim cum frigidam aquā subierint: Inaccomodate & Andernacus dixit, ad hæc solium similiter calidum, sic, vt ægri protinus in frigidam exiliant, & statim.

¶ Omnes postremo defessi, alimento refici quamprimum desyderant.) Decepit interpretem vitio- 22
sus codex impressus. Longe. n. à salubribus præceptis alienum est, defessos ex exercitijs alimento quā primum esse reficiendos quod tam vulgatum apud omnes est, tamq; id patet, vt nullis confirmari au

Gal. ctoritatibus debeat. græce ὑδὲς δὲ ἅπαντες οἱ κεκοπιακότες δεῖται τροφῆς. Pro ὑδὲς lego, ex antiquo exem

Orib. plari ὀχύμου vt sit vertendum: Omnes autem defessi, boni succi indigent alimento. Sic etiam in Ga-

Err. Copi leno tertio de tuen. valet. à quo hæc omnia ijsdem verbis & in Oribasio libro quinto. cap. xv. Male

Err. Ander. igitur Copus interpretatur egressi autem cibo sub inde reficiantur: & Andernacus: Statim vero om-

nes qui lassitudinibus laborant, cibo refici debent. Qui vero copiosius de lassitudinibus velit edoce-

ri, legat Galenum loco nuper citato.

EX CAP. XXI. 23

¶ Minus itaq; prolixis exercitationibus, lauacris vero abundantioribus indulgendum.) In exem-

plaribus typis excussis, vitiose pro σωπωστέρους, ideſt valentioribus, legitur σωπωστέρους, inde deceptus interpres vertit, minus prolixis: contrario penitus sensu. Nostræ lectioni adstipulatur codex scriptus:

Gale. Galenus item, libris de sanit. tuen. in plurimis locis, tertio prefertim volumine, his verbis: σωπωστέρους τε οὖν γυμνασίους χρεῖον ἐσὶ καὶ βαλανείους ἐρμοτέρους. i. valentioribus ergo exercitationibus; ac balneis

Oriba. calidioribus, vtendum est. Confirmat id Orib. lib. v. cap. xvj. ijsdem verbis. Hunc errorem fugere ex-

Err. Copi optans Copus, omittit dictionem σωπωστέρους. Huius (inquit) affectionis medela calefactio est: iōq; exercitationibus vtendum est, & balneis calidioribus.

EX CAP. XXII. 24

¶ Ad institutum iam olim receptum priscamq; consuetudinem, ceu ratio postulare videtur homi-

Gal. nem reducere conuenit.) Qui ulcerosa lassitudine laborāt (auctore Galeno quarto de sanit. tuen.) ab exercitatione quauis & motu abstineant: quiescere tamen ac dormire debent, totumq; diem in abstinentia exigere: Deinde vespere pinguiter vncti, ac tēperato balneo mediocriter loti: pro cibo sorbitionem aliquam bibant boni succi, sed sanè quàm minimam: nec tamen à vino abstineant, concoquit enim id semicrudos humores, tum vnnam sudorem q̄ promouet & somnum conciliat: Quod si his peractis malum constiterit: ad consuetudinem rursus, paulatim reducendi sunt. In codice tamē

impresso

impreſſo mendoſe legitur κατὰ ἐλίγων quod ille vertit: ceu ratio poſtulare videtur lego κατ' ὀλίγον. ideſt
paulatim,ex Galeno quarto de ſanit.tuen.cap.de cura laſſitudinis vlceroſæ,his verbis: ὁ μὲν οὖν ὦν Gal.
τοῖς ὑφυμένοις κατασκώπτων τὸ σύμπτωμα πρὸς τὸ σωθὲν κατ' ὀλίγον ἐπενεγκεῖν χρὴ τὸν ἀφέλιμον. ideſt ſi his pera-
ctis malum conſtiterit, ad conſuetudinem paulatim reducendus homo eſt. Confirmat id Oribaſi. Orib.
libro quinto.cap.xvij.iiſdem verbis.Auicenna item tertia primi.doc.ij.cap.xvj.& ſi nihil(inquit)re Err. Copi.
uerſum fuerit,duces eos ad ſuos vſus ordinate.Errauit etiam Copus in hunc modum ea interpreta- Err. ander.
¶ Et diarrhodon collyrium candidum & cinericium quod ſpodiacum eſt.) καὶ τῷ διαῤῥόδῳ κολλυρίῳ τῷ λευκῷ καὶ τῷ σποδιακῷ quæ dilucidius vertiſſet: & diarrhodo collurio albo, & ſpodiaco. Neſit dubitationis locus an ſit aliquod collurium diarrhodum cinerítium. Libro enim ſeptimo de collurijs agitur διαῤῥόδῳ λευκῷ & σποδιακῷ, & ibidem. 143

¶ Vbi vero phlegmone æcedat acrioribus ſubungendum cenſeo.) Græce ὑφιστῶσης δὲ τῆς φλεγμονῆς .i. phlegmone autem decreſcente, vt ad inclinationis tempus in phlegmone referantur hæc verba, & infra de hypoſphagmatis. 144

145 ¶ Hypoſphagma ruptio quædam eius venæ quæ ante fuit coalita eſt in manu aut pede ex ictu aut verbere plerunq; ortum habens.) Hoc loco grauiſſime labitur interpres. Primū quod p ὑποσφυκτος transſert: quæ ante fuit coalita. Tum etiam quod de ſuo addit verba illa: in manu aut pede: quæ totius clauſulæ ſententiam euertunt. Neq; n. de oculorum morbis tractans Paulus, de ruptione venæ in manu aut pede ageret, ſed in oculo græce ὑπόσφαγμα ἐστὶ ῥῆξις τοῦ φλεβίου τοῦ ὑποσφυκτος ἐκ πληγῆς ἢ μάλιστα γινομένη. i. hypoſphagma ruptio venarum eſt tunicæ adnatæ ex ictu vt plurimum contingens. Labitur & Andernacus vertens: Hypoſphagma venarum cōmertij diuortium dicitur, & ſtarum. Err. Ander.

146 ¶ Paulo poſt thure abſtergens.) θραχὺ ἀποτρίβων λιβάνου ideſt: in quo lacte parum thuris diluaſ. Non quod oculi, thure ſint abſtergendi. Auic. tertia primi. cap. de cura aitarfati (quod eſt hypoſphagma) & quandoq; curatur cum lacte muliebri cum thure, & infra ad emphyſemata. Auicenna.

147 ¶ Tum lentum dilutum.) Græce καὶ φακῶν ἀφέψημα. i. & lentium decoctum. Hoc. n. ἀφέψημα ſiue ἀφέψημα πτίσιμα græcis dicitur. Nam dilutum proprie aqua ē humorue aliquis in quo maceratum ſit quidpiā ἀπόβριγμα, & ibidem. ἀπόβριγμα

148 ¶ Ipſa vero hęc eſt quam omnium vtiliſſimam eē credidit Eraſiſtratus.) αὐτὴ δὲ ἐστὶν ἣ ὁμαστιρέκπυον πτίσχυσος. i. hoc autem eſt medicamē Eraſiſtrati, panchryſos dictum. Vitioſe. n. in græco codice impreſſo πτίσχυσος legitur. Scribo πάνχρυσος ex antiquo exemplari, & Gal. iiij. de compoſ. phar. κατὰ τόπους. Andernacus fuit etiam in eodem errore transferens. hæc eſt eraſiſtrati compoſitio quam à multiplici vſu panchreſton appellæ, & infra de ægilope. Pāchryſos Gal. Err. Ander.

149 ¶ Aliud. Ruta ſatiua cum ſuo ſucco trita decocta & impoſita.) Pro πρώτου εἴκτῳ vertit: cum ſuo ſucco: nos Hermolaum ſequuti in corolarijs cap. de cinere virium πρώτου εἶκτον apud Paulum ſumi credimus pro cinere lixiuio qui primus deſtillauerit, & ibidem. πρώτου εἶκτου

150 ¶ Cochleas cum teſtis tritas imponito: nonnunq; vero & aloe quoq; aut myrrha huic confuſa & immixta in pus iam ante conuerſum ſuppuratumq; cum eruptione exiccat.) Græce περὶ τὰ ἐξ ἀρχῆς μετὰ βλεβῶν τῶν ὠμῶν ἐλαφρὰ καὶ μετὰ τὸ ἐκχυθῆναι δὲ ἐυρεῖν. i. antequam ęgilops in ſaniem ſit permutata: quod me dicamentum etiam poſt apertionem exiccat. Non quod in ſuppurata iā ęgilope conferat, vt magno errore traduxit interpres, & infra de trachomate.

151 ¶ Nec non & ipſo hęmatite lapillo aqua eloro ſecūdum ſubiectionem adurenda eſt palpebra.) Pro κατὰ ὑποβολὴν dixit ſecūdum ſubiectionem. Andernacus vehementer. Ego dixiſſem inuerſis palpebris. Gal. ix. de medicam. ſimp. facul. κατὰ ὑποβολὴν ἢ ἐκτροπὴν τοῦ βλεφάρου. Malę item pro ὑπομήκυντα. i. abſtergenda eſt. vertit interpres germanicus adurenda eſt, & infra de hordeolo. Err. Ander. κλύω

152 ¶ Aut cum hordeorum elixatione.) Græce ἢ κριθῶν ἀποβρέγματι. i. aut hordei diluto. Cum. n. in aqua aut alio humore diebus aliquot hordeum vel aliud quidpiam maceratum fuerit: cum ſubtrahitur, rehicta iam vi in humore illo id proprie illius rei dilutum dicitur & à græcis ἀπόβρεγμα, & infra de pediculatione palpebrarum. ἀπόβρεγμα

¶ Accipe aluminis ſcifilis medimnos duos, ſtaphydis ſyluęſtris medimnum vnum.) In codice impreſſo. μι. in ſcripto μόδιον. i. partem, conſentiente. Orib. lib. viij. cap. lvj. & infra de madaroſi. Oriba.

153 ¶ Plumbi ceratia octoginta & drachmas quatuor.) In codice græco impreſſo μολύβδου κι. π. ⊀. ϑ. ideſt plumbi cremati & eloti drachmas quatuor. In antiquo. n. exemplari μολύβδου κεκαυμένου πλυθέντος. ⊀. ϑ. & infra de ptilloſi.

154 ¶ In eus igitur curatione.) Græce περὶ τοῖς ἀρμένοις οὖν καὶ τοῦτο ἄκρως ποιῶ. i. Præter præ dicta etiam & hoc ſumme confert, & infra ad ſuperciliorum madaroſim.

155 ¶ Nuces ponticas crematas contere cū adipe caprino aut agnino.) Pro κριόθυ. i. vrſino, vertit agnino, quam lectionem, præter exemplarium omnium fidem confirmat Auicen. capite de pilis inuerſis, & additis tertia terrij his verbis: & aduratur auellana & teratur & conficiatur, cum adipe caprino aut adipe vrſi, & infra ad trichiaſim. Auicenna.

156 ¶ Aut ſanguem pupillarum.) In hac parte erraſſe interpretem, non coniectura tantum eſt, ſed neceſſitas: nam quid obſecro eſt, ſanguinem pupillarum eſſe vtilem ad trichiaſim? ambiguitate itaq; vocis deceptus pro κορίων legit κορῶν eſt autem κόρις latine cimex: vt ſit vertendum: aut ſanguis cimicum, & ibidem. κόρις

157 ¶ Aut fumi in hordeolis prognati ſuccum cum cōmeos.) Græce ἢ καπνοῦ τοῦ ὀφ' ὑδὸς κριθῆς φυομένου χυλὸν μετὰ κόμμεως. i. aut ſuccus fumariæ herbæ quę inter hordeū naſcitur cū gummi. Eſt enim herba quędam græcis καπνὸς dicta, à latinis herba fumaria ſic appellata quod lachrymas eliciat veluti fumus, quę in ſegete hordeacea naſcitur auctore Dioſco. lib. iiij. cap. de fumaria herba Gale. iiij. de cōpoſ. phar. κατὰ τόπους. capite de Trichiaſi ἢ καπνοῦ τῆς βοτάνης χρόα τὸν παχὺν. i. vel ſucco herbæ fumarię palpebram illine, Dioſco. loco prędallegato φύεται δὲ καὶ ποὺς ἐν τῷ βλεφάρων πλέκεσθαι τρίχας σὺν κόμμι καὶ πυρίδιον μὴ ἐὰν φύεσθαι. i. prohibet renaſci euulſos palpebrarum pilos addito gūmi inūctus, & ibidem. Gal. Dioſco. κρότωνος

158 ¶ Aut crotonos à cane ſanguis admodum confert.) Græce ἢ κρότωνος ἀπὸ κυνὸς αἷμα πάνυ ποιεῖ. i. & muſcæ caninæ ſanguis maxime confert. Sunt enim græcis κρότωνοι inſecta ſiue muſcæ quæ animalibus

Gal. alijs canibus q̃; prefertim inhærent quorum ſanguis ad palpebrarum trichiaſim vtilis eſt. In Gal. iiij. de comp. phar. κακῶς πάνυ deprauate legitur κρίθινος, & infra, titulo, trichollia.

¶ Maſtiche coma coehlij, limacis.) Græce μαστίχη κολοφωνία κόμη κοχλίου. Omiſit dictionẽ κολοφωνία i. colophonia, & infra de hulceribus oculorum, 160

¶ Præterea quecunq; ex malo & terra aſtere ceruſſaq; conſtant.) Vitium codicis impreſſi decepit hominem καὶ ὅσα διὰ μόλου καὶ γῆς ἀστέρος καὶ ψιμυθίου σύγκεινται emẽdandum ex ſcripo exemplari διὰ ἀμύλου. Vertendum itaq; fuit: & quecunq; alia collyria quæ ex amylo, terra aſtere, aut ceruſſa conſtant. Qualia reperiuntur plurima lib. vij. cap. xvj. Nec tamen vllum eſt quod ex malo conſtet, Lapſus item Andernacus tranſfert. inſuper quæ ex malo, terra ſamia & ceruſſa conſtant: quo in loco erauit ẽt Andernacus pro καὶ γῆς ἀσβόλου. i. terra aſtere vertens: terra ſamia, confundit. n. duo genera terræ. Samia quorũ alterum aſter dicitur auctore Dioſco. lib. v. cap. de omni terra. Quo etiam vti precipit hoc loco Paulus, & ibidem. 161

Err. Ander. Err. Ander. Dioſco.

Chiacum Stephanuſ ¶ Er chianum anſerinum' ue.) Græce καὶ τὸ χιακὸν. i. & chiacum collurium, de quo lib. vij. cap. xvj. ſit mentio. Interpres χιακὸν legit reclamantibus cunctis exemplaribus. Eſt autem chiacum poſſeſſiuum nomen à chio inſula deductum auctore Stephano, & ſtarim. 162

¶ Er bremter quecunq; expultricis ſine roſione ac morſu facultatis ſunt.) Pro ἀποκρουστικῆς. i. repellentis, male interpretatur expultricis, & infra de proptoſi. 163

Gal. ¶ Proptoſis hulcus rhagoidis tunicę eſt ex ſanguinis profluuio quam διάβρωσιν dicunt aut ſciſſuræ corneæ cauſam ducens & originem.) Grauis hallucinatio: nec. n. proptoſis eſt hulcus, neq; ex ſanguinis profluuio fit: verum procidentia eſt, ſiue caſus vueę tunicæ: vt ſcriptoris huius verba manifeſte docent προπτῶσις ἐστὶ πρόπτωσις τοῦ ἐκχυσθέντος χιτῶνος ἐκ διαβρώσεως ἢ ῥήξεως τοῦ κερατοειδοῦς γινομένη qđ eſt: Proptoſis vuæ tunicę pcidẽtia eſt, ab eroſione vel diſruptione corneę facta: quod & Gal. confirmat in diffinitionibus περὶ παθῶν. ἕλκη ἔστιν ὅταν ὑπὸ τινὸς βιαίου πληγῆς ἐγχισισμοῦ μετὰ σωτικοῦς πυρετοῦ ἢ κεφαλαλγίας ὀφθαλμὸς πεπόνται. i. Proptoſis fit quoties ex violenta plaga ſtrangulationis cum continua febre aut capitis dolore oculus in anteriorem partem procideriit. Impropriè enim pro διάβρωσιν vertit ſanguinis profluuio: nam vt docet Celſus lib. iiij. cap. iij. cum exeſa parte aliqua ſanguis exit διάβρωσις dicitur, cũ rupta ἐγκυμοχαράξει cum ore aliquius venę patefacto ὠκεάνωσις, & ibidem. 164

Celſus διάβρωσις ἐγκυμοχαράξει ὠκεάνωσις

¶ Aucta vero amplius inſtar vuę ſtaphyloma dicitur.) Græce ἐκχυσὶς σταφυλὴς. i. acino vuæ, non, vuæ vt vertit interpres. Adſtipulatur noſtræ lectioni Gal. in diffinit. ὁμοία ἐκχυσὶς σταφυλῆς. i. ſimilis acino vuę, & ſtarim. 165

Gale. ¶ Vt palpebras feriat.) Græce ὡς ὑπερικλύπτειν καὶ τὰ βλέφαρα. i. vt palpebras tranſiliat, & infra de fugillatis. 166

¶ Atq; hypopis abſq; hulcerationę medendis etiam illo vtendũ eſt hygro collurio cõpoſito ex acantho croci ſingulorum drachmis octo.) Pro χαλκανθίου. i. atramenti ſutorij, legit ἀκάνθου. i. acãti, & ibidẽ. 167

¶ Humida ad hypopia.) Græce ὑγρὰ πρὸς ὑπόπυους ἢ ὄψεσιν. i. hygra, ſiue medicamentũ humidũ ad hypopia, Baſſi. Omiſit interpres nomen autoris Baſſi, infra & de cicatricibus & leucomatis. 168

¶ Aut compoſitis ex aqua diſſoluto crocodili ſtercore collyrijs maculas oblinito.) Græce κροκοδείλου χορσῶου κόπρου ὕδατι λειώσασ ἐγχρι καθαίρεια ποιῶν. i. vel illine collurio facto ex ſtercore terreſtris crocodili aqua diluto. Omiſit ille dictionem χορσῶου. i. terreſtris. Addens de ſuo dictionem illam: compoſitis, & infra de vlarum tinctura. 169

¶ Atramenti ſutorij pondo libras duas.) Græce χαλκάνθου. ⊀. β. i. atramenti ſutorij drachmas duas, & infra de pterigijs. 170

¶ Vnguis quod pterygion vocãt neruoſa eſt circa tunicam corneam exuperantia.) Græce τὸ πτερύγιον γίνεται ῥαφώδους ἐξ ἑτοῦ ὑμένος φυκὰ τοῦ ὑμένος ὑπερροχή. i. vnguis ſiue pterygion excreſcentia neruoſa eſt tunicæ adnatæ. Nec ſcio cur interpres: circa corneam: dixerit cum nulla in Paulo fiat mentio de cornea, ſed de adnata, ſiue cõiunctiua ſorte decepit hominem, locus Galeni in diffinitionibus, ſic enim legimus πτέρυγιον ἐστὶ ἔκφυσις σώματος ὑποφυομένη τῷ κερατοειδεῖ. i. Pterygion excreſcentia corporis eſt corneę inhærens: qui locus præter hoc quod eſt libri Galeno adſcripti nec ab eruditis recepti: non cogit, cum de vngue iam aucta, quæ nonnunq; ad pupillam vſq; peruenit poſſit intelligi, noſtræ lectioni adſtipulatur Auicenna tertia tertij. cap. de vngula. Eſt additio (inquit) coniunctiuæ aut velaminis continentis oculũ. Andernacus non minore errore vertit: vnguis quod pterygion græci vocant, membranula eſt quędã neruoſa oculis ſeſe obtendens, & ſtarim. 171

Gal. Auicenna Err. Ander.

¶ Sed ad exteriora per oculum progrediẽs.) Græce πρωϊόντα δὲ μέχρι τῆς ὀπῆς. i. ad oculi pupillam procedens. Nihil enim in Paulo reſpondit dictioni illi: exteriora: & omiſit dictionem ὀπῆς: ideſt pupillam, & ibidem. 172

¶ Sed longe efficacius hoc, quum atramenti ſutorij partem vnam commeos partes ſemiſſem emolientes vel inungimus vel penicules conformamus.) δραστικώτερον δὲ τοῦτο χαλκάνθου. μι. α. κόμμεως. μι. ε. ῥίπτοντες ἢ χεῖρον ἢ καὶ κολλύρια πλάσσομεν. i. efficacius vero hoc eſt, atramenti ſutorij pars vna, 173

gummi dimidium, quibus vino dilutis illiniemus vel colluria formabimus, quo loco vt leuiora præ-
termittam, omisit interpres dictionem οἴνῳ. i. vino, & pro κόμμιος. i. gummi reddidit: cõmeos. quæ nõ
parum variant & sensum & remedij vim, & infra de anthracosi.

174 ¶ Deinde lacte crudo moderata expurgatio.) Græce πρὸ γάλακτος ἀπέψου. i. lacte excocto. Andernacus, Err. Ander.
mox lactis coctionem non experto, & ſtatim.

175 ¶ Nonnunq; & irim orbem tenuem opplentem.) Ex græcis, non de iride oculi intellexisse Paulũ con-
ſtat, ſed de iride herba, quam cum orobina aut triticea farina inſpergi & in mulſo elixari ſcripit, εἶθ' ὅτε, Err. Ander.
καὶ ἴριν λεπτὴν πρὸς μάζας τε. i. aliquando etiam iridem tenuem emplaſtri modo apponentes. Ander
nacus non minori errore dixit: nonnunq; & pupillæ pollinem eius accomodare: vt de polline farinæ
triticeæ hæc intelligantur, & ibidem.

176 ¶ Lecinthijs affis, trinis cum croco & melle.) λεκύθους ὀπτοὺς λείους μετὰ κρόκου καὶ μέλιτος. i. luteis ouoꝝ
toſtis, cum croco & melle. Hic obiter annotandus Auicẽnæ error tertia tertij. c. ij. cap. de cura cãcri in Err. Ander.
oculo: vbi a Paulo hæc omnia exſcribens, inquit. Er oportet quidem vt adminiſtretur in ipſo albumẽ
oui cum melliloto, & aliquid de croco. Error manifeſtus eſt ſi quidẽ ex Paulo & Oribaſio lib. viij. cap. Oriba.
xliij. legendum eſt & vitellum oui cum melle & croco, & ibidem.

177 ¶ Valde in farinam conterens.) Græce μάλα λεπτριβόμενα. i. valde contundens: quæ de malo granato
acido & cocto tradi manifeſtum eſt, quod neceſſario exiccandum eſſet, ſi conterendum eſſet in farinã. Err. Ander.
Ander. à ſuperiori clauſula diuidens vertit vbi tabuerit probe, & infra de nyctalope.

178 ¶ Aluminis ceratiũ filiquamue medimnos, ſalis foſſilis medimnũ vnũ.) Inſignis hallucinatio græce
τῆς κυπρίας κ. μι. β. ἁλὸς ὀρυκτοῦ μ. κ. ideſt aluminis cremati partes duas, ſalis foſſilis partem vnam.
Quod ita eſſe latinitate donandum manifeſte docet vetus exemplar, in quo expreſſius habetur κυπρὶ πρὸ
ὃσ κεκαυμένης μέρη. β. In Orib. item lib. iiij. cap. xlvij. vnde Paulus omnia ferè hic dicta, deſumpſit: etus Orib.
verba ſunt κυπρίαος ὑγιοῦς κεκαυμένης μέρη. β. ἁλὸς ὀρυκτοῦ μέρος. α. ideſt aluminis ægyptij cremati par-
tes duas, ſalis foſſilis partem vnam, Andernacus: aluminis ſciſſilis partes duas. Legit. n. γ. μέρη pro κεκαυ- Orib.
μένης reclamantibus & cunctis exemplaribus, & Orib. & infra de glaucomate & hypochymate. Err. Ander.

179 ¶ Hypochymata vero humoꝝ ſuffuſionem qui circa pupillam in medio corneæ & criſtallinæ ſpẽm
lucemq; impediunt.) Græce mihi eſt quod illis verbis: ſpeciem lucemq; impediunt: reſpondeat. græce
τὰ δὲ ὑποχύματα ὑγρὰν πτῶσιν πηγνυμένην μεταξὺ τοῦ κόσματος καὶ τοῦ κρυσταλλοειδοῦς. i. hypochimata
ſuffuſio eſt humorum inter corneam & criſtalloidem cõgelatoꝝ. Vnde liquet omiſiſſe interpretem di- Suffuſio
ctionem πηγνυμένων. i. concretoꝝ, ſiue congelatoꝝ. Hunc morbum latini ſuffuſionem dicunt Auicẽna aqua
aquam vocat. Vulgus cataractam, & ibidem in curatione eius morbi. cataracta

180 ¶ Euacuationibusq; actionibus ſuccurritur, verbi cauſa diacentaurij decocto aut ficu amara.) In tã
paucis verbis, tres errores. Primo. n. ſecutus codicem impreſſum pro κενώμασι vertit euacuationibus
cum tamen ſit legendum ex exemplari ſcripto, & Orib. lib. viij. cap. xlviij. ἐνέμασι. i. enematis: quod &: Orib.
dictio ἀρμόττουσι. i. actionibus, confirmat: eſt. n. peculiaris & accomodata dictio enematis, nõ alijs eua
cuationibus. Itẽ quoniam ex decocto cẽtaurij aut ſylueſtris cucumeris enemata conſtant, nõ ſic autẽ
alia medicamẽta. Secũdus error quod pro διὰ κοκτοῦ ἀφεψήματος. i. ex decocto cẽtaurij reddidit: dia-
181 centaurij decocto: vt de medicamẽto quod diacentaurium dicit poſſint hæc intelligi. Tertius error,
182 ex vocum ſimilitudine pro σικύου: ideſt cucumeris: vt cuncta exemplaria habent magno conſenſu: le-
gitur σύκου. i. ficus. Noſtram lectionem confirmat Orib. lib. viij. cap. xlviij. & adiectiuum nomen πικροῦ. i. Orib.
amaro: vt de cucumere amaro intelligenda hæc neceſſario ſint, non de ficu amara cuius nulla apud p
batos authores fit mẽtio. Vertendum igitur in totum fuit, vt quid reſtituerimus, quid ue mutauerimus facilius lector cognoſcat: & enematis acutionibus, veluti ea ſunt quę ex decocto centaurij, aut cu
cumeris amari fiunt, græce καὶ ἐνέμασι ἀρμοττόντως καθάπερ τοῖς διὰ κοκτοῦ πικροῦ ἀφεψήματος ἢ σικύου πικροῦ. La-
pſus & in hoc loco Andernacus vertit: item vacuationibus actionibus, & infra. Err. Ander.

183 ¶ Perinde atq; conopia pferentes.) Græce οἷον κωνωπεῖον προφωσκόντων. i. tanquam ſi culices illis appa
reant, & ibidem.

184 ¶ Coronopi vniuſcuiusq; tantundem conterens.) In hoc loco neſcio quid in mentem venerit in-
terpreti vt græcam vocem intactam omiſerit græce κωρωνόποδος. i. cornicis pede. de qua herba Dioſc. Dioſco.
lib. ij. & ibidem.

185 ¶ Fœniculi adhæc decocto hauſto in principijs iuuerunt.) Male pro πρόσκεχυμένων. i. conſperſo,
vertit: hauſto, & infra de oculorum heberudine.

186 ¶ Illinitionibusq; modicis præcipuum quidem habetur confectio quę ex mellis & olei æquis portio
nibus contexitur.) Græce καὶ ὑπαλείφεσι τὸ μὲν πρῶτον διὰ μέλιτος καὶ ἐλαίου ἴσου. i. & inũctionibus primo
quidem ex mellis & olei æquis portionibus. Nõ. n. alia clauſula à dictione πρῶτον inchoatur, vt credit
interpres: neq; illa, præcipuum: ſignificat hoc loco, ſed primo vt ſit ſenſus ex melle & oleo ſimul mixtis,
à principio, fieri debere inunctionem, & ibidem.

187 ¶ Proximum eſt ex his quæ ſequuntur concinnarum medicamentũ, ſumuntur croci oboli duo bilia

Hyæna ὕαινα Plinius Anſt- ξηρὸν Err. Ander.

ſuillæ drach. vna.) Male pro ὑαίνης. i. hyænæ, vertit: ſuillæ: eſt n. hyæna ſylueſtre animal cuius fel: autore Pli. li. xxviij. c. viij. caligines diſcutit & ſuffuſiões. De cuius natura qui plura cupit videre, legat Anſto. viij. de natura animalium & Plinium, & ibidem.

¶ Diſſoluti aridis.) Græce λειωσαι τοῖς ξηροῖς. i. diluti pulueribus. Eſt n. ξηρὸν latine puluis, Gal. & Paulo & cæteris græce medicinæ ſcriptoribus: vt diligentiores facile poterunt annotare. Andernacus eodem errore: contritis aridis, vertit, & infra de oculi ſuffuſione. 188

¶ Verbi cauſa chiaco vnguento.) Græce οἷον ἐπὶ τῷ χιακῷ. i. quale eſt chiacum collurium. Nullum .n. eſt vnguentum quod chiacum appelletur ſed collurium, vt Paulo ſuperius annotauimus. de quo lib. vij. cap. xvj. Andernacus confuſe vertit: deinde ſublimius medicamentis quę ad veteres affectus inſcribuntur: quale eſt chiacum. In Paulo nihil eſt quod dictioni: medicamẽtis, reſpõdeat: nec de medicamentis abſolute hæc tradunt ſed de collutijs: quod ex ipſis verbis conſtat. 189

CAP. XXIII.

¶ Abſcꝫ grauedine vel lancinatione.) Pro διὰ πόνους. i. vel extenſione: tranſfert: vel lancinatione, & infra ad languores aurium ex calore. 190

κόριον κοριάνου Dioſco. Err. Ander.

¶ Aut coriani aut aſphodeli.) Non erat cur græcam dictionem relinqueret. Cũ latina potuiſſet vti: aut Coriandri. græce ὁ κορίαννον Coriandrum. n. græce κόριον ſiue κοριαννὸν vocatur: docente id Dioſcor. lib. iij. cap. de Coriandro. Andernacus item tranſfert vel Coriani & infra ad aurium dolores ex craſſis humoribus. 191

Err. Ander.

¶ Cæterum cum ingens quem ac multus & diuturnus labor infeſtat.) Græce ἐφ' ὧν δὲ πολὺς ὁ πόνος καὶ χρόνιος καὶ δυσηκόϊκα πάσχει. i. quibus vero dolor ingẽs eſt ac diuturnus & grauitas auditus. Omiſit dictionem δυσηκόϊκα. i. grauitas auditus: & impropriè pro πόνος. i. dolor, vertit, labor: Andernacus item. Verũ quos amplius labor: interpretatur, & infra ad dolorem aurium ex flatu. 192

Err. Ander.

¶ Minimeꝫ gentium eſſare quantum fieri poteſt, membris inflãmatione infeſtatis.) Diuerſus ſenſus ab authoris mente græce μηδαμῶς ὡς οἷόν τε ἁλώπεκος τὴν φλεγμαινόντων μερίων. i. nullo pacto quo ad ſieri poſſit partes inflãmatas attingat. Quod & Gal. iij. de comp. phar. κατὰ τόπους in curatione doloris aurium ſubinde monet, & infra ad maximos auris dolores. 193

Gal.

¶ Opij tantundem, croci drach. quatuor.) Græce ὀπίου <.γ.λιβάνου. <.γ. κρόκου. <.δ. fefellerunt interpretem verba illa λιβάνου. <.γ. ideſt thuris drach. tres. Quæ in cunctis exemplaribus reperiuntur, & in Galeno tertio de compoſ. phar. κατὰ τόπους, vnde hæc omnia deſumpſit Paulus, & infra ad hulceris ſordidi duritiem. 194

Gale.

¶ Cardamomum & nitrum exiguum cum caricis ficubus'ue ſimul contundens abſcꝫ cogens atque cechramidibus.) Hoc loco haud dubie librariorũ culpa tranſpoſitę ſunt dictiones illæ: atqꝫ & abſcꝫ græcam aurem dictionem reliquit interpres græce χωρὶς κυχαμιδῶν. i. abſcꝫ granis, & infra. 195

¶ Ad aures vellicatas.) Græce πρὸς ἀμυκασιμένα ὦτα. i. aures ex quibus fluit ſanguis, & infra ad aures vermiculantes. 196

¶ Aut veratrum albanum cum melle.) Impreſſorum hęc inaduertentia: lego aut veratrum album: græce ἢ ἐλλεβόρου λεύκου, & infra ad diuturnos aurium tinnitus. 197

¶ Sed is qui propter multam ſynæſtheſim arcꝫ per cõſenſum vaporum in caput aſcendẽtium.) Pro διὰ πολλὴν συναίσθησιν ideſt propter vehementem ſenſum: dixit, propter multã ſynæſtheſim, fit. n. aliquando tinnitus aurium propter multam ſenſus acuitatem, vt author etiam eſt Auicẽna quarta tertij. ca. ix. Andernacus non parum hunc locum confundit, vertens: in quibus autem ex amplo conſenſu vaporum ſpirituumꝫ ſumma petentium, & infra de difficili auditu. 198

Auicenna.

¶ Nonnullę etiam nulla medela adhibita vitro afflictionem demittunt ac finiunt bile illis ſubeũte. Græce χολὴ ὑπενδύσασα. i. bile per inferna deiecta, & ibidem. 199

¶ Apophlegmatiſmis interim & ernis vtens.) Græce ἐξέρνοις. i. & his quę per nares expurgãt: ſunt. n. ἕξερνα, ea quę intra nares injiciunt, vt ſternutamentis, caput expurgent, & ſtatim. 200

ἕξερνα

¶ Naturalibusq; aut vnda etiam marina factis lauacris, ſed ea auditorio meatui inſtillato. Compe- 201
runt quidem & ea quæ ad aurium tinnitum bombos'ue perſcripta ſunt.) Grauiſſimus lapſus: nõ. aqua marina, aut ex balneis naturalibus auditorio meatui inſtillari debet: neq; is eſt authoris ſenſus; verum quod egoto naturalibus balneis vtantur, aut his quæ ex aqua marina fiunt: inſtillenturq; in auris meatum, ea quę ad ſonitus aurium ſunt ſcripta: quę tamen interpres ita cõfundit ac miſcet deceptus vitioſa diſpunctione græci codicis; vt ſuo loco plurima verba non redderet. græce αἰτιφύσαι τῶν διὰ βαλάσσης λουτρείς ὡς δὲ τὸ ἀκουστικὸν πέρον σὺν αὐτῷ κρίνει μὲν καὶ τὰ πρὸς ἦχους καθηγημένα. i. naturalibus balneis, aut his quę ex aqua marina fiunt. Inſtillare autem iuuat in auris meatum ea quæ ad aurium ſonitus ſunt ſcripta, & infra ad contuſionem aurium.

¶ Hyppocrates nihil aurium impulſionibus thlaſſibusue conducere admonuit.) Male verbũ πρέπει 202
πρέπει. i. admonere, reddit, conducere.

¶ Siolfaciendi

EX CAP. XXIIII.

203 ¶ Si olfaciendi virtute læſa lingua incolumis ſeruetur.) Græce ἡ φωνὴ. i. vox, & ſtatim.

204 ¶ Si vero lingua vnà cum odoratu offenditur.) Græce ἡ δὲ καὶ φωνὴ συμβλαβέϊη. i. ſi vox autem ſimul læſa fuerit, & ibidem.

205 ¶ Proinde cerebri intemperaturam perſepius iam enumeratam vbi deprehenderis.) τὴν μὲν οὖ τοῦ ἐγκεφάλου δυσκρησίαν διὰ τῶν πολλάκις εἰρημένων διγνώσῃ. i. cognita itaq; ex pluries iam dictis cerebri intemperatura, & ibidem.

206 ¶ Tum deniq; his præmiſſis topica adhibe auxilia.) Græce τοπικὰ. i. localia, & infra ad ea narium hulcera quæ glycea dicuntur.

207 ¶ Accipiantur ſpumæ argenti drachmæ pondo duo.) In Paulo ≺. ϑ. i. drachmæ quatuor: magno exemplarium conſenſu, adſtipulante & Auicenna. v. 3. t. ij. cap. v. Quum autem (inquit) egritudo ſit chronica & foris valde, fiat vnguentum huiuſmodi Re. merdaſengi (quod eſt lythargirium) ʒ. iiij. ruthæ humidæ. ʒ. iiij. aluminis. ʒ. ij. fiat ex eis vnguentum cum oleo myrtino & aceto. Quãuis mendoſe ibi legatur cum oleo lentiſcino, quam expoſitionem Iacobus de partibus, & alij expoſitores recipiunt refragante Paulo & noua Andreæ bellunenſis caſtigatione Auicennæ, & infra, de narium hæmorragia. Auicenna. Locus Auicenne. Err. Iacobi de pribus

208 ¶ Adiacentes naribus locos ſanguinolentos efficiunt. Græce τοὺς πρὸς τὰς ῥῖνας λιφαιμάτους, ideſt locus circa nares priuatur ſanguine λιφαιμάτους enim teſte Heſychio ὑπολύονας τῷ αἵματι. Eſt enim ſenſus: ex partium extremarum frictione fieri, vt ad eas maiori copia deriuetur ſanguis, vnde narium vaſa ſanguine deplentur. Ridiculum enim eſſet ad curationem fluxus ſanguinis è naribus ſanguinolentos efficere adiacẽtes naribus locos. Heſy. λιφαιμάτους

EX CAP. XXV.

209 ¶ Vtere quemadmodum memoratum eſt iampridem.) καθάπερ προείρηται, ideſt quemadmodum dictum eſt. Addit enim interpres dictionem: iampridem & falſo cum paulo ante verſu præcedẽti trochiſcos formare præcepiſſet hic author: quos ex his rebus fieri monet hoc loco, & ſtatim.

210 ¶ Ireos aut piſanę ſingulorum ſeſtam vnam.) Græce ἴριος ἢ πίσσης ὀβολοῦ ἑνὸς. ξ. α. ideſt iridis vel piſanę lomenti ſingulorum ſextarius vnus, & infra ad aſperam & diſcolorem ceu à ſole cutem. ὀβολοῦς

211 ¶ Accipę trogos dragmas decem.) Deprauate in codice impreſſo legitur τρωγὸς, legendum ceſeo τρῦγος, ideſt fecis vini, ex conciniori ſenſu, & Dioſcoride libro quinto. fecem vini virturis eẽ abſtersiuæ, teſtante, & ſtatim.

212 ¶ Eregmi drach. decem.) Græce ὀβολοῦ. ≺. j. ideſt lomenti drachmas decem, & infra ad diuturna hypopia.

213 ¶ Singulorum drach. duas. terebinthinæ drach. vnam.) Græce ἑνὸς. ≺. β. κηροῦ. ≺. β. τερεβινθίνης. ≺. α. ideſt ſingulorum drachmas duas, ceræ drachmas duas, terebinthinæ drachmam vnam, & infra ad ionthos.

214 ¶ Aut ſiſſilem ſchiſtamue.) Græce ἢ σχιστὸν μετὰ τερεβινθίνης. i. aut alumen ſciſſile cum terebinthina. Eſt. n. in græca medicina σχιστὸν alumen ſciſſile, & infra in cerota Thaidis. σχιστὸν

215 ¶ Croci coloris ruffi & coccinei.) Græce κρόκου ἐρυθροειδέος, ideſt croci, rubiæ. Legit negligens homo ἐρυθροῦ.

EX CAP. XXVI.

216 ¶ Qui dolore dentium abſque gingiuarum phlegmone cruciantur, interdum quidem in reliquo corpore dolor. Græce ὡ αὐτῷ τῷ οἰκείῳ σώματι, ideſt in proprio corpore. Galenus quinto de comp. pharma. κατὰ τόπους. ὡ αὐτῷ τῷ οἰκείῳ σώματι. i. in proprio dentium corpore, & ibidem. Gal.

217 ¶ Omnium præſtantiſſimum medicamentum eſt oleum lenti ſcinum medij ad vnguem tẽperamẽti.) Græce ἀρίστον ἐσὶ φαρμακον ἁλμων ὀγχνίνου ὄξυκρατον διακεκαυμένον, ideſt optimum autem medicamẽtum, oleum eſt lentiſcinum ſi ex eo tepido colluatur os. Non vertit ille dictionem διακεκαυμένον, & obſcure pro ὄξυκρατον dixit, medij ad vnguem temperamenti. Apertius in Gal. v. de compoſi. pharma. κατὰ τὸ πους. ὄξυκρατον κατὰ δρμότητα. i. caliditate temperata, & infra ad phlegmonem. Gal.

218 ¶ Fornacula adoleto.) Græce ὑποτιμιέδιω διὰ χωνείου. i. & recipiatur cius vapor per infundibulũ.

219 ¶ Quod componitur ex ſalis medimnis duobus aluminis curati & extincti aceto emolliẽ; medimno vno.) In Paulo ἁλῶν. μεδ. β. συπηρίας κε. καὶ σβεσθέντος ὄξει καὶ λειοθέντος μι. α. hoc ẽ ſalis partes duas, aluminis cremati & extincti in aceto, diluti partem vnam. In tam paucis verbis in quos errores inciderit iudicent peritiores, & infra.

220 ¶ Rhus item ſyriacus & ſiſſilis galla.) Inſignis error: non enim eſt galla quæ ſiſſilis dicatur græce ἡ ἐρυθρὸς συριακὸς ἢ σχιστὴ κοκκὶς. i. & thus ſyriacum, & alumẽ ſciſſile & galla. σχιστὴ n. vt pauloante diximus. σχιστὴ

Gal. alumen ſciſſile eſt authore Gal. vj. de comp. phar. κτπὸ πάτους his verbis καὶ τὸν ὀχρὸν, ὃν λαν δὲ ὅπ μὲν ϛω πέρων λίγω, & infra aduerſus quaſſatos dentes.

Err. Ander. ¶ Vtere arido adiecto aceto.) Græce χρῶ ξηρῷ σὺν ὄξει. i. vtere hoc puluere cum aceto. Andernacus ἀ zz1 ſuperiori ſenſu hæc diuidens vertit in vſu ſiccum, & ibidem.

¶ Sua namq; ſponte dens perforabitur.) Græce αὐτομάτως ὀρυχθήσεται. i. ſponte. n. dens conteret, zz2 & infra ad parulidas.

¶ Aut ſory ceratio.) Græce ἢ σαῦρυ κι. i. aut ſory crematum. Vetus codex expreſſius habet ἢ σαῦρυ κεκαυ zz3 μένου, & ſtatim.

¶ Aut aluminis cuiuſq; ceratio.) ἢ ϛυπτηρίας πεύσης κι. i. aut aluminis cuiuſq; cremati, & infra. zz4

¶ Accipe ariſtolochiæ radicis ceratium, cornu ceruini cyathum.) In hoc loco nemo tam rudis erit zz5 qui non ſuboleat erraſſe interpretem: cyathus enim menſura humidorum eſt, non ſiccorum, græce ὀξυ ϛολοχίας ῥίζης κι. ἐλαφείου κοχλιάρι κι. quæ nos vertimus: ariſtolochiæ radix cremata, cornu cerui aduſtum.

Dioſco. In veteri ſiquidem codice κεκαυμένου legimus, & Dioſco. lib. ij. cap. de ceruino, cornu, id crematum p/ bar ad dentium abſterſionem: modus autem cremãdi cornu ceruinum ponitur ibi à Dioſco. & ibidẽ.

¶ Lana ſuccida pondo ceratium cum exiguo ſale.) Græce ῥίζα οἰσυπηρὰ κι. μετὰ ὀλίγων ἁλῶν. i. lana ſuc zz6 cida cremata cum exiguo ſale, & infra contra gingiuas exeſas.

¶ Cæterum ad tumores & carnis excreſcentias portulacæ ſuccus feruefactus & ſumptus adiumentũ zz7 eſt.) Græce ὠφελάζει χυλὸς διακεκτυπώμενος. i. & ſuccus portulacæ in ore retentus, & ibidem.

¶ Muria conditarum oliuarum (quas græci καλυμβάδας dicunt) leuigatarum.) Vitioſe in codice zz8 impreſſo legimus ἅλμη καλυμβάδων λαικῶν vbi interpres λαικῶν legit. i. leuigatarum. Lego ex veteri exẽplari

Err. Ander. λαΐνων. i. & muria conditarũ oliuarum. Andernacus in loco grauiter errauit tranſferens: muria, oleũ ex colymbadibus oliuis, legit nimirũ pro λαΐνων. ἐλαΐων, & ibidem.

¶ Aridaq; cruge ferri.) Græce ξηρᾷ δὲ ἰὸς σιδήρου. i. ſicca autem ſunt cruge ferri. Enumeratis ſiquidem zz9

Err. Ander. humidis remedijs, ſicca modo recenſet. Andernacus: ſicca autem cruge ferri, & ibidem.

¶ Plantaginis ſemen bis phrygtum.) Grauis hallucinatio græce πλαντάγινου σπέρμα δίφρυγες. i. ſemen z30

Dioſco. plantaginis, diphryges. Eſt enim diphryges: pars quędam ab ære ex coctura ſeparata, authore Dioſc.

Plinius lib. v. cap. de diphryge, & Pli. li. xxxiij. ca. xiij, & ſtatim.

¶ Ad ea quæ peſſum ierunt labra.) Græce πρὸς χάλαι ἐρέφων τα. i. ad fiſſuras labiorũ, & infra aduerſus z31 tumorem ſub lingua.

¶ Venam poſtremo ſub lingua ſecare expedit.) Græce τὴν δὲ πλησίον διαιρᾶν τοὺς ὑπὸ τῆς γλώσσης φλέ/

πλησς βας, ideſt adultorum venę ſub lingua ſecandę ſunt. Eſt enim græcis πλησς inter alia ſignificata, idem quod latine adultus Galeno in frequẽti vſu: Andernacus vertit. Poſtremum remedium eſt venas ſub

Err. Ander. lingua ſecare, & ibidem.

¶ Orobino autem cum melle abſterſum. Græce ὀροβίνῳ μετὰ μέλιτος περασπασμένα διαχρι. i. abſterſum z33 prius locum erui farina cum melle illine, & infra ad pariſthmiorum phlegmonem.

¶ Aut dactylo attacti.) Græce ἢ δακτύλου προσαπτομένου. i. aut cũ digitis leniter admoti. Vt ſenſus ſit: z34 quod fructicis ipſius glauci parum, ficcum, inflatum aut primoribus digitis leniter appoſitum, ita vt tonſillas attingat, vtile eſt, in illarum inflammatione. Eſt enim, græcis προσαπτόμενα primoribus di/ gitis aliquid tangere, & ibidem.

¶ Inroborata vero noma.) Græce ἐκβάσης δὲ τῆς νομῆς, ideſt quod ſi hulcus ſerpens perſeuerer, & in z35 fra de oris Columella.

¶ Nec non & phrygius pondo ceratium.) Græce ὁ φρύγιος κι. i. & lapis phrygius crematus. In anti, z36 quo enim exemplari habetur ὁ φρύγιος κεκαυμένος.

EX CAP. XXVII.

¶ Et euacuandum quidem non affatim cumulatimq;, ſed ſenſim & pedetentim in futurum tempus ſubinde partem bene magnam reijcientes, adminiſtrantesue.) In Paulo nihil eſt quod dictionibus z37 illis: ſubinde & adminiſtrantesue, reſpondeat: quę quidem obſcuram reddunt totius clauſulę ſenten/ tiam græce καὶ κινῶν οὐκ ἀθρόως ἀλλὰ πλειοσάκις παυσυδομένους τὸ πλῆθος. i. euacuandum eſt non ſemel, ſed in plures euacuationes diuidentes humorum multitudinem, & ibidem.

¶ Aut lingua etiam ipſa ſi exerta magis aut infrenatior videatur incidenda eſt.) Græce ἢ καὶ αὐτὴν ἐγχειρεῖν τὴν γλῶτταν ὑπερπηδήσας σὺν ὄγκῳ φαίνοτο, ideſt lingua etiam ipſa ſcarificetur ſi exerta cũ z38 tumore videatur, & ſtatim.

¶ Acriori clyſmate ducenda.) Græce δριμυτέρῳ κλύσματι. i. acriori clyſteri, & ibidem.

διακαρύων ¶ Poſt hęc vero & compoſito diamoro aut compoſitione ex carycis διακαρύων appellata circumlinia z39 tur.) Inſigne erratũ: nõ. n. διὰ καρύων cõfectio ẽ ex carycis, ſed ex nucibus, tã vulgata ſignificatiõe vt ſu z40 puacuũ ſit id teſtimonijs cõprobaſ, deceptus itẽ vitio codicis impreſſi p διακρηδίδωσαν vertit circũlimiaſ.

Legendum

Legendum ex veteri exemplari διαχρωτὸδώσειν.i.vtantur vt sit sensus:vtēdum post illa esse,gargarisma re ex Diamoro compositō,aut ex confectione ex nucibus. Infra.n.lib.vij.cap.xiiij. ponitur confectio diamoron simplex,& diamoron composita & confectio diacaryon siue ex nucibus simplex,& diacaryon composita. Quam lectionem & Auicenna confirmat nona tertij.cap.x.his verbis: & meliores eo Auicenna.
sunt cortices nucis, deinde ob mori Andernacus ijsdem erroribus transtulit:deinde & composito Err.Ander.
quod mora recipit,vel eo quod exficis pinguibus perungitur,& ibidem.

241 ¶ Et sylueſtrium hirundinum cinis ſtercusue haud diſſimiliter prodeſt.) In Paulo nulla de ſtercore
fit mentio:in qua parte non taedio mihi non probari recentium medicorum vſum qui Guidonem Err. medi
ſecuti:nidum hirundinis cum paleis,plumis,terra,& fimo gutturi angina laborātibus emplaſtri mo corum.
do circumponunt. Nec enim vilius inſignium quos ego viderim ſcriptorum (arabicis exceptis) nidū
hirundinis probant,ſed cinerem Dioſco.lib.ij.cap.de hirundine Gal.xi.de medica.ſimpl.facul.ca.de Dioſco.
hirūdinibus exuſtis,&.vj.de comp.phar.κατὰ τόπους.Paulus in hac parte,& lib.vij. & infra. Gal.

242 ¶ Vſus item ſorbitionū ex chondro commendatur porro conuenientibus virtuti languentis edulijs Gal.
iugiter vtendum.) καὶ τοῖς διαχόνδρου δι᾽ ἐφημέρου χρηστέον ἐπιδιωθουμένης τῆς κατοκωτούσης καὶ τοῖς ἁρμοζούσαις τῇ τοῦ κάμνοντος δυνάμει τροφαῖς.i.emendato autem iam gutture ſorbitionibus ex alica vtantur,& alimētis egrotantium virtuti conuenientibus.Omiſit ille verba:emendato iam gutture:& diuiſit vnicam clauſulam in duo membra.

EX CAP. XXVIII.

243 ¶ Eiuſdem farinæ ſunt & amigdalæ & coni fructus.) Latinius vertiſſet & apertius:& pini fructus.
Vulgatiſſimum.n.eſt græcis κῶνος dici pineam nucem:teſte etiam Gal.vij.de compoſitione phar.καὶ κῶνος.
τοὺς τόπους his verbis οὔτε γὰρ ἄπεστι δυναμένους τροφίλους τὸ πέλαι δὲ παρὰ τοῖς ἀπίκοις ἐκαλοῦντο κῶνοι. Ander Err.Ander.
nacus obſcure item dixit:fructus coni,& infra in cura raucedinis.

244 ¶ Si pituitoſa arteriam occupauerit affectio.) Grauis hallucinatio græce φλεγμονώδους.i. cū phleg
mone,ille ſcio ſi deraſter legit φλεγματώδους.i.pituitoſa,quod,& quod ſtatim in hoc ſcriptore ſequi
tur confirmat ἕως οὗ ἡ φλεγμονὴ μετριωτέρα γένηται.i.donec phlegmone remiſſior reddatur. Accedit etiā Gal.
Gal.vij.de comp.phar.κατὰ τόπους ijſdem verbis:& ibidem.

245 ¶ Cuius generis omnino ſunt paſſi cretici & tragacanthæ & cōmeos & amyli & tenellarum palmu
larum denique decoctum.) In Paulo ſenſus eſt longe diuerſus τοιαῦτα δὲ ἐστὶ τὰ διαγλυκέος κρητικοῦ ἢ τρα
γακάνθης καὶ κόμμεως καὶ ἀμύλου ἢ τῶν λιπαρῶν φοινίκων τὰ ἀφέψημα.i.eiuſmodi ſunt confectio paſſi cretici,
tragacanthæ,gummi,amyli,& decoctum pinguium palmularum,& ſtatim.

246 ¶ Et dulcis radicis cum σαρίου.) Deprauate in codicibus impreſſis habetur μετὰ σαρίου. Vetus exem
plar μετὰ σαφάνου.i.cum ſapa,& ibidem.

247 ¶ Ad hæc præterea è caricarū ſiræo.) Græce διὰ τῆς ἀπὸ ἰσχάδων σαφάνου.i.ex caricis.ſapa,& infra in
catapotijs.

248 ¶ Styracis,myrrhæ,opij,hoc eſt ſucci papaueris parem vniuſcuiusq; portionem excipiens.) Græce
σύριγκος σμύρνης ὀπίου χαλβάνης ἴσα γλυκεῖ σὰκκαβάνῃ:ideſt ſtyracis,myrrhæ,opij,galbani ſingulorum par
tes æquales paſſo excipiantur. Omiſit interpres verba illa,galbani,& paſſo,quæ plurimum ad ſenſum
& remedij vim agunt,& ibidem.

249 ¶ Elixatione aut paſſo excipiantur atq; vtantur.) ἑψήματι γλυκεῖ σὰκκαλάμβανε καὶ χρῶ hoc eſt:ſapa aut
paſſo excipe & vtere.Annotauimus enim ἕψημα latine ſapā eſſe,& infra titulo Arteriaca hypogloſſis.

250 ¶ Tragacanthes drach.ſex commeos drachmæ totidem,thuris drach.vna & ſemis.) Græce τραγα
κάνθης. ⟨.ς.κόμμεος. ⟨.ς.σμύρνης. ⟨.α.λιβάνου. ⟨.α.ς.hoc eſt:Tragacanthę drach.ſex,gūmi drach.
ſex,myrrhæ drach.vna,thuris drach.vna & ſemis,& ibidem.

251 ¶ Phœnicobalanorum numero tres,caro glyceos cretici quantum ſatis eſt.) Error manifeſtus quid
enim obſecro eſt caro glyceos cretici?græce φοινικοβαλάνου.γ.τὴν σαρκὰ γλυκέος κρητικοῦ τὸ ἱκανόν.i. carnis
trium paimularum,paſſi cretici quod ſatis eſt.Andernacus vocem græcam vſurpauit vertēs:phœ Err.Ander.
nico balanorum trium caro,& infra ad amiſſum ſonum.

252 ¶ Commouens ſubinde anetho clonio. Græce κινῶν ἀνήθου κλωνίῳ.i.mouens aneti rudicula.

EX CAP. XXIX.

253 ¶ Aluus item clysmis irritanda eſt.) Græce καὶ τὴν κοιλίαν κλυσμοῖς ἐρεθιστέον,ideſt aluus clyſteribus eſt
prouocanda,& infra.

254 ¶ Pumicis medimnum vnum:ſpheclis quæ eſt ſex vini medimnos quatuor,ſpumæ nitri ceratium.
Manifeſtus eſt lapſus græce κισσήρεως μέτρα.σφέκλης ὅσης ἐσὶ τρὶς οἴνου μέτρ. δ.ἀφρονίτρου,κε.i.pumicis partē Sphecle
vnam ſpheclis quæ eſt ſex vini cremata partes quatuor,ſpumæ nitri ceratiū.Hanc lectionem Oriba. σφέκλα
ijſdem ferè verbis confirmat li.ix.cap.v.

EX CAP. XXX.

Hydromalum. ¶ Hydromalo quæ eſt ex aqua & malo & melle confectio.) In Paulo nihil eſt qđ illis verbis: ex aqua & malo & melle reſpondeat, neq; hydromalum id eſt: ſed confectio ex malo cydonio, vt infra li. vij. ca. xv. oſtenditur. Andernacus hydromelite vertit, & ibidem. z55

Ern. Ander. ¶ Aut ex melle aut hydroroſato.) Græce ἢ ἀπομέλιτος ἢ ὑδροροσάτου. i. aut apomelite, aut hydroroſato, & ſtatim. z56

¶ Vtile fuerit impendio quoq; butyrum quantum capiunt cochlearia tria.) Græce ἀγαθὸν δὲ καὶ πρὸς σφακτὸν βούτυρον ὅσον κοχλιάρια γ. Omiſit interpres dictionem περίσφακτον. i. recens. z57

EX CAP. XXXI.

¶ Et quandoq; quidem ex euidenti aliqua occaſione, verbi cauſa ſi accidat ex clamore,) καὶ ποτὲ μὲν ἐκ φανερᾶς αἰτίας οἷον κατὰ πάταγος κραυγῆς. i. quãdoq; quidem ex cauſa manifeſta veluti ex caſu, clamore, & ibidem. z58

¶ Vbi autem vaſorum ſanguinis apertione quam ἀγγειόμιξιν græce appellant ſputum eius humoris ejicitur, nihil quidem eorũ quæ hactenus enumerauimus accidit, qm̃ nulla vnquam ſacietas aut pleni tudo pceſſit.) Græce ἐπὶ δὲ γε κατὰ ἀγγειόμιξιν τῆς μὲν ἐρεμιένων οὐδὲν ὅπ μὴ πλῆθος ἐσὶ ὅπ προηγήσατο. i. quod ſi ex venarũ apertione accidat, nihil quidem prædictorum niſi aliquando multitudo præcedit. Eſt enim ὅπ μὴ latine, niſi. vt annotauit Budeus, & infra in curatione ſputi ſanguinis. z59

ὅπ μὴ

¶ Trochiſcos ex electro concinnatos.) Græce τοὺς διὰ ἤλικτρου τροχίσκους: ideſt trochiſcum ex ſuccino, & infra. z60

¶ Atqui ſi acutus fuerit ille catarrhus deſtillatione ſanguis omnino per venam detrahendus eſt.) Fecit interpretis negligentia Paulum veluti ſui oblitum, dogmatis aperte falſi authorem, græce δὲ δὴ λίαν ῥεύμασὶ ὁ καταῤῥόος ὅλη τὴν μὲν φλεβοτομίαν παρωτητέον. i. quod ſi acris fuerit deſtillatio excuſanda eſt phlebotomia. Eſt. n. παρωτᾶσθαι excuſare aut deuitare vt græce eruditis vulgariſſimum eſt. Quam lectionẽ & Auicẽ. cõfirmat. x. tertij. cap. de cura ſputi ſanguinis ex catarrho: ꝺ: ſi non eſt (inquit) catarrhus acutus pũgitiuus valde cholericus phlebotomẽ homo ſtatim, & ibidem. z61

Auicenna.

¶ Phygi itẽ pinię fruticis maior efficacia & ſtrenuitas eſt.) Mendoſe in codice impreſſo legit̃ φαγοῦ antiquum exemplar φηγοῦ habet: ideſt fagi, & ibidem. z62

Ern. Anderꝺ. ¶ Et xerum compoſitum.) τὸ τε ξήριον συγκαίμενον. i. & puluis compoſitus Andernacus: & aridum compoſitum, & ibidem. z63

ξήριον

¶ Opij medimnum ſemiſſem miſceamus.) Græce καὶ ὀπίου μι. ς. μήγνυμεν. i. opij partem dimidiã miſcemus, & in eodem capite. z64

Ern. Anderꝺ. ¶ Xerij cochlearium vnum.) Græce ξηρίου κοχλιάριον. α. hoc eſt eius puluꝛis cochlearium vnum. Andernacus. Aridi quod xerion medicamentum dicit̃, & ibidem. z65

¶ Sed ex ijs qui ſanguinem reijciũt.) καὶ τοὺς ἐμοῦντας δὲ τὸ αἷμα. i. ijs aũt qui ſanguinẽ euomunt: ne ſit lectori dubitationis ſcrupulus de qua ſanguinis reiectione intelligendus ſit hic locus, & infra. z66

¶ Aut ſicynũ lixiuium.) Græce ἢ σικυῶνος κονίαν. i. aut lixiuiũ ex cinere ficus Dioſco. lib. primo. ca. de ficis: de cinere lixiuio ex ramis ſici καὶ ποτίζεται δὲ πρὸς αἵματος ἐκῤῥοὰς. i. & bibitur cõtra ſanguinem in grumos coagulatum. z67

Dioſco.

EX CAP. XXXII.

¶ Tuſſis breuis & ſicca doloribus admixta.) Pro σώπυος. i. vehemens: legit σώπιμος. i. breuis: reclamãtibus antiquis exemplaribus, & infra in curatione eiuſmorbi. z68

¶ Tum cataplaſmatis modo farinæ hordeaceæ coctæ applicatione & reſina exigua.) Græce καὶ κατὰ πλάσσοντας δὲ ἀλφίτων κριθῆς σὺν ὀλίγῃ ῥητίνῃ ὀλίγῃ. Conſtat omiſiſſe verba σὺν ὀξάρει & magno errore pręcepiſſe farinam hordeaceam coqui, vertendum erat: emplaſtri modo imponentes farinã hordeaceam cũ caricis decoctis & reſina exigua. z69

EX CAP. XXXIII.

¶ Lotionibus quos græci κλυσμοὺς dicunt acrioribus vtendum.) Græce κλυσμοῖς ῥιμμύσι χρηϊόν. i. clyſteribus acutis vtendum. z70

EX CAP. XXXIIII.

¶ Ipſum quidem hominis cor primaria affectiõe per ſe afflictum, Ocyus præſentaneum multumq; medicorum exigit præſidium.) Paulus αὐτὴ μὲν ἡ καρδία κατὰ πρωτοπαθείαν πεπονθυῖα πόῤῥω τυγχάνει τῆς ἰατρῶν συμμαχίας. i. Cor ſi primario affectu fuerit læſum longe eſt à medicorum auxilio. Cor enim quemadmodum & reliquæ corporis partes vel primario affectu, vel per conſenſum lædi poteſt: autore Galeno primo de locis affectis cap. primo, & ſtatim. z71

¶ In inflãmationibus quidẽ ipſius pariter & ignitis rubedinibus q̃ heryſipelata dicunt̃ vehementiꝰ busq; intẽperantijs in acutiſſimis febribus ſanguinis eruptio quã αἱμαῤῥαγίαν vocãt, vulnerata læua potiſſimum z72

Gal.

potissimum parte ventriculi prodest.) Hæc à superioribus disiungit interpres nullo sanè aut ridiculo sensu: quid. n. obsecro est in vehementibus intemperantijs & acutissimis febribus: sanguinis eruptionem vulnerata potissimum læua parte ventriculi prodesse. græce ὧν τὸ φλεγμαίνειν αὐτῆς καὶ ὑποστέλλεσθαι τὸ θυμικὸν ἐν ἰσχυραῖς ἰδίως καὶ ὀξυπύροις καὶ πυρετώδεσι καὶ τὴν κάρδιαν μᾶλλον καὶ ἧπαρ. i. ex inflãmationibus ignitis rubedinibus, & fortibus intemperaturis quę in acutissimis febribus accidunt: vel fluxu sanguinis si vulnerarum cor fuerit, præsertim in læuo ipsius vẽtriculo. Erit ergo totius clausulæ sensus: quod si primario affectu cor fuerit læsum, subita statim mors accidit, quod his potissimum causis euenit, inflammatione cordis, herysipelate forti intemperatura in febre acuta, & ex fluxu sanguinis ex vulnere, in læuo potissimum sinu cordis. Verbum enim prodest, ab interprete additum totius clausulæ sententiam euertit, & ibidem.

273 ¶ Si autem per consensum quam συμπάσχειν nuncupant, dolore afficiantur.) Græce κατὰ συμπάθειαν δὲ πάσχωσι. i. si autem per consensum fit affectum: nihil. n. in Paulo dictioni illi, dolori, respondet: quare non erat ad dolorem conrahendum, quod absolute tradit Paulus de quacunq; affectione, & ibidẽ

274 ¶ Quæ conferta quædam est virtutum calamitas quam dicunt illi κατοπήσιν.) Græce ἀθρόαν οὖσαν κατάπηξιν τῶν δυνάμεων κατοπήσιν. i. quæ subitus est virtutis casus. id. n. est κατοπήσεις, & infra.

275 ¶ Artus item extremi vsq; ad pubẽ & alas perfricati cataplasmatis instar illiniendi sunt.) Græce τὰ δὲ ἄκρα κατεψυγμένα μέχρι μασχαλῶν καὶ βουβώνων. i. membra autem extrema quæ perfrigerata sunt. Nisi impressorum incuria pro perfrigerati scriptum est perfricari, & infra.

276 ¶ Cæterum caput & frontẽ illinito omphacio quod est oleo ex vuis immaturis.) Quod vuis, p oliuis legamus hoc in loco librarioꝝ forsan culpa aut negligentia: quod vero pro ὑμφακίῳ interpretetur oleo, excusari non potest interpres. Cum ὑμφάκιον vt infra ostendemus succus sit vuæ acerbæ siue immaturæ. Nec tamen damnarem si quis ὑμφακίῳ legeret. i. oleo omphacino; verum interpretem legisse ὑμφακίου ὑμφακίῳ constat cum interpretetur omphacio.

EX CAP. XXXV.

277 ¶ Aut fabacęá farinam cũ hydromelite aut elixatione.) Pro ἐψήματος. i. sapa, transfert, elixatione An/ Ern. Andr.
dernæus grauiori lapsu dixit aut lomentum cũ hydromelite, vel decocto applicat. Qui & paulo ante Ern. Andr.
pro σὺν κορίαννῳ. i. cum Coriandro, vertit cum coriano, & ibidem.

278 ¶ Exuctionẽ porro mammarũ obseruare expedit eo quod ablactatio maiorem conuulsionem parit. Vitiose in græco codice impsso habetur παρατηρεῖσθαι δὲ δεῖ τὴν ἧβ μελῶν ἐκμύζησιν διὰ τοῦ ἀποθλασμοῦ πολὺ ἂν ἧττον ἀσωμίλλων ἐπ' αὐτούς. In vetteri codice diuisim legitur ἀπὸ θηλασμοῦ vt sit vertẽdũ. Vitare aũt expedit mammarum exuctionem, quoniam lactatio maiori copia lac trahit ad ipsas, & infra.

279 ¶ Betam elixans oleo vsq; dum cerote induat tum formam tum crassitudinem.) Græce ἕως πακτώθῃ. i. donec sit liquefacta, & infra titulo: archigenis subsidium.

280 ¶ Fluenti rhoisue coriarioꝝ libram vnam.) Grauissimus error græce ῥοὸς βυρσοδιψικοῦ. λι. α. ideſt rhus coriarioꝝ libram vnã, de quo Dioſco. lib. j. cap. πρὸς ἕλκος, & infra. rhus Dioſco.

281 ¶ Vlasq; & gingiuas labefactas.) Græce καὶ οὖλα μυδῶντα: ideſt & ex humiditate putridas gingiuas, & infra.

282 ¶ Consolatur præterea ac mitigat pupillas dolores illitum lac.) Græce ἰσὶ δὲ ἐδώλιον παρηγορικὸν γάλακτι αὐτόθεν. i. est etiam & sedatiuum doloꝝ cum lacte impositum: vt ad medicamẽtũ archigenis lacte exceptum referantur hæc, nõ ad lac solum, & infra titulo diaphylactica.

283 ¶ Mox extrinsecus spongiam imponens.) Græce ἔπειτα ἔξωθεν ὑπόδεσις σπόγγου ἀπ' ὄξυκράτου. Omisit verba illa ἀπ' ὄξυκράτου. i. ex posca. Est enim sensus: spongiam posca maceratam mammis externis esse apponendam, & ibidem.

284 ¶ Hoc idem præstat & naxiæ cotis ramentum, virginumq; mammas ab ingruentibus malis custodit.) In Paulo nihil est quod verbis illis: ab ingruentibus malis: respondeat. Est enim loci huius sensus, cotis naxiæ ramentum puellarum mammas custodire ne. s. ante tempus in magnitudinem excrescant. Quod apertius ex Orib. colligitur lib. ix. cap. ix. vnde Paulus hęc omnia excripsit. Addit. n. ille Orib.
πρὸς ὥρας ἐμφυσᾶσθαι. i. ne ante tempus intumescant.

EX CAP. XXXVI.

285 ¶ Aluminis liquidi medimnos duos, myrrhæ medimnum vnum.) Paulus συμπροσφέρων ὑγρᾶς μι. β. σμύρνης μι. α. ideſt. aluminis liquidi partes duas, myrrhæ partem vnam. In veteri codice expressius habetur μέρη δύο & μέρος.

EX CAP. XXXVII.

286 ¶ Verbi causa absinthium aut vnguentum nardinum aut papauerinum decoquentes.) Pro ἢ κυδώνιον ὀπὸν ἑψήσαντας. i. aut malum cydonium coctum. vertit interpres: aut papauerinum decoquentes: nullo vt constat sensu: Legit nimirũ inaduertẽter ἢ κώδειον reclamantibus cunctis exẽplaribus, & Orib. Orib.
lib. ix. cap. j. vnde hæc omnia excerpta videntur, & ibidem.

¶ Olei vuarum nondum maturarum.) Impreſſorum poterit hic error negligentiæ adſcribi, lege olivarum, græce n. ἐλαίων ὁμφακίνων, & ibidem. 287

¶ Aut abſinthij etiam equilibrium.) Græce ἢ καὶ ἀνθεμίου χυλοῦ τὸ ἴσον. i. aut tantundem ſucci abſinthij, conſentientibus græcis exemplaribus & Oribaſio loco nuper citato, & infra titulo frigorificum & humectatiuum. 288 Orib.

¶ Refrigeratur & humectatur.) Deceptit hominem deprauata codicis impreſſi lectio ψυκτικὸν δὲ ᾧ τὸ ναπικὸν vetus exemplar coniunctim habet ναπικὸν vt ſit vertendum: refrigeratur & roboratur, & in inſcriptione etiam, pro humectatiuum, legendum eſt, roborans confirmante id Oriba. quo diximus loco, & ibidem. 289

¶ Siue lactucæ candidæ cochlearia duo.) Græce ἢ ἡρίδακος ἀφ' ὑματος κοχλιαρίοις δύο. i. vel lactucæ albæ ſeminis cochlearia duo. Omiſit ille dictionem ἀφ' ὑματος. i. ſeminis quæ ex vero ſenſu & antiquo exemplari omittenda non erat. Ibidem Andernacus pro κορίανου ἀφ' ὑματος. i. ſeminis coriandri vertit coriani ſeminis, & infra. 290 Err. Ander.

¶ Succi acinorum mali punici acidi medimnos tres, cremoris mentæ medimnum vnum.) Lapſus manifeſtus & interpreti, frequens pro μ. ideſt partes, vertit medimnos vetus codex μέρος habet & μέρη adſtipulante Orib. lib. ix. cap. j. & Auicēna. xiij. tertij. t. ij. cap. ix. teratur (inquit) granata acetoſa cum corticibus ſuis & ſumatur de ſucco eorum pars vna & ſucci mentæ pars dimidia, mellis boni aut zucari partes quinque, & infra de ciborum faſtidio ex nimietate humorum. 291 Oriba. Auicenna

¶ Sin autem in tunicis ipſius impacti atq; impulſi fuerint.) Pro ὠθισθόντες. i. imbibiti, tranſſert, impulſi, & ſtatim. 292

¶ Quo circa eis qui ob egelidam diſtemperantiam cibos horrent.) τοὺς μὲν οὖν διὰ ῥεγμὼν δυσκρασίαν ἀνορεκτοῦντας. i. qui autem propter calidam diſtemperantiam cibum faſtidiunt, & infra. 293

¶ Et eam quam vulgo romani melcem nominant potare expedit. Probatur preterea obſoniū quoddam quod quia è lacte fit διὰ γάλακτος appellatur intribaq; & lactucas.) Vitioſa diſpunctio codicis impreſſi decepit hoc loco negligentem interpretem καὶ τῶν παρὰ ῥωμαίοις καλουμένων μέλκας, ἐσὶ δ' ὄψον τί διὰ γάλακτος ἐντριβὲς τε καὶ ἡρίδακινον: quod fecit illum vnicam clauſulam in duo diuerſa membra diuidere. Cū tñ ſine diſputatione illa leganſ in vetere exẽplari ſcripto vt ſit vertẽdū: & id qđ a romanis melca dr, qđ eſt obſoniū quoddã ex lacte & intryba & lactucas. Hermolaus barbarus vir quidē inſignis eruditionis & multæ lectiōis in Corolarijs cap. de coagulo. De melce mẽtionẽ fecit his verbis: ẽ & apud græcos id qđ appellãt authores noui melcẽ, imbuto vaſe aceto, atq; ita excalfacto, mox lacte infuſo ac nocte tota geſcere citra ignẽ pmiſſo, q̃q̃ & alij plenig; modi ſunt, ſed hic & cõpẽdiarius & facilis. Tradit etiam de melce, inter Barbaros Simon ianuenſis: quamuis in impreſſis codicibus melca legatur: vbi & citatur hic Pauli locus, hallucinatus tamen dixit, melcam eſſe ſpumam lactis: quæ tamen differunt author Gal. vij. therap. his verbis οἷον ἐστὶ τὸ μέλκα τῶν διὰ ῥέβμης τῷ τύπῳ διὰ διὰ σισμάτων ἐφιεμένων ὕσπερ καὶ τὸ ἀφρόγαλα. i. in quibus eſt & quam melcam vocant vnus is quoq; romæ laudatoꝝ ciboꝝ, veluti etiam aphrogala, & ibidem. 294 Err. Simois Ianuenſis Gal. ἀφρόγαλα aphrogala

¶ Sed cathartícum hoc eſt purgandi facultatem habens medicamentum vel ex amaritudine aloes. In codicibus græcis emendatis τὸ δὲ καθαρτικὸν φαρμακον ἐσὼ ἢ διὰ ἀλόης πικρὸν. i. medicamentum autem purgans ſit picra ex aloe, & infra. 295

¶ Verbi cauſa ſorbitionibus abſq; oleo.) Deprauare in codice typis euulgato legimus ἐκ τῆς ἐλαίου. Lego ex antiquo codice ἐκ τοῦ ἐλαίου. i. veluti ſorbitionibus ex oleo: conſentiente etiam & vero ſenſu, Andernacus ſimili lapſu tranſtulit puta ſorbitionibus abſq; oleo. 296 Err. Ander.

EX CAP. LX.

¶ Concoctis interim vnà cum aliquo adſtringendi facultate natura prędito, puta piro fungo'ue ſeu apio malo cotoneo meſpila & id genus alijs.) Eſt græcis ὄσπος in pomorum genere pirum, eſtq; & fungi quædam ſpecies, cum q; dubius eſſet hac parte interpres vtranq; miſcet ſignificationem: vt, neceſſario colligat ex ſuis verbis lector latinus: fungum coctum in lienteria probari: cum tamen conſtet vel tantillum in medicina prouectis. pirum ſignificari in hoc loco verba Pauli ſunt: τοῖς ψομένοις ὄσποις τῶν συφόντων τινὸς ἕψειν μᾶλλον κυδωνίου μεσπίλου καὶ τῶν ὁμοίων. i. decocto ſimul cum eis aliquo ex ſtipticis piro, ſ. aut malo cydonio, meſpilo & ſimilibus. 297 ὄσπος

EX CAP. XLI.

¶ Sed & muria non raro indita, id quod res ipſa expoſtulat perficit. Satis vero ſunt ſalis drachmę ſex cum aquę calidę acetabulo ſumptæ.) In Paulo nihil eſt quod dictioni illi: ſumpta reſpondeat: quæ totum ſenſum mutauit. Nec̄ n. à dictione illa: ſaris alia clauſula erat inchoanda. Eſt. n. vnus omniū verborum ſenſus: muriam. ſ. ſepius per clyſtere immiſſam, vtilem eſſe in, qua conficienda ad cotylam aquę calidæ, drachmæ ſex ſalis admiſceantur. 298

EX CAP. XLII.

¶ Dyſenteria quam romani tormen nuncupant, inteſtinorum exulceratio eſt, nunc quidē ex ceſſante- 299

teneſmo

teneſmo aut ventris præmemorata quadam fractura perturbationeue pgnata.) Pro ἐκ μνησθέσης νισμοῦ.i.ex mutatione à teneſmo:tranſfert,ex ceſſante teneſmo.Et pro λοιρος ἐκταραχθείσας.i. ex perturbatione ventris,vertit:aut ventris prememorata quadam fractura,perturbationeue.Eſt aũt ſenſus: Dyſenteriam nonnunq; ſuccedere teneſmo,aut aliæ ventris perturbationi,& ſtatim.

300 ¶ Nunc vero inde morbus originem habet.) Græce ποθὲν δὲ τοῦ πάθους αὐτῆ παρεχομένου .i. aliquando vero,morbo ex ſe ipſo inchoante hoc ſenſu:dyſenteriam aliquando alijs ventris affectionibus ſuccedere,aliquando per ſe abſq; alterius morbi præceſſu inchoari,& ibidem.

301 ¶ Excernitur quippe aliquando nigrior ſolito ſanguis.) Græce ἐκκρίνεται μὲν ποτὲ καὶ αἷμα μελαίνερον τοῦ κατὰ φύσιν καὶ σαπρόν.Omiſit illa verba καὶ σαπρόν.i.lucidum,& infra.

302 ¶ Compoſitum vero illud eſt cochlearũ cineris medimnos quatuor,gallæ medimnos duos, piperis partem vnam.) Græce μι.ideſt,partes.Andernacus labitur & in hoc loco vertens:compoſitũ hoc be- Err.Ander.
ne facit cochlearum cineris modios quatuor,gallæ modios duos,& ibidem.

303 ¶ Et canum oſſa vorantium ſtercus aridum cum lacte coagulato in caſeum iam denſeſcente per teſtudinum κάδων hauſtum mirifice prodeſt.) Obſcurus locus,& à quo nihil eſt quod latine legẽtes poſſint colligere,mendoſe in'græcis codicibus impreſſis habetur καὶ ὁ τῆς ὀσοφαγασκόπου δι, κυνῶν κτερος ἐνεσιὼ μάλιστα πτυρωμένου διὰ τῆς τῶν καχλήκων καθέσεως πνομένη. Lego ex veteri exemplari πτυρωμένου.i. timus canum oſſa comedentium,ſiccum,bibitum cum lacte in quo marini'ignitꝫ calculi ſint iniecti. Confirmat id Auicen.xvj.tertij.t.j.ca.iiij.& ſtercus(inquit)canis comedentis oſſa ſolum cũ in potu Auicenna.
ex eo datur pondus. 3.j.&c. & inferius:& iterum lac caprinum decoctum cum lapidibus fluuialibus Err.Ander.
ignitis,bis & ter in ipſum proiectis,Andernacus non minori errore,tranſtulit:& canum oſſa vorantiũ
ſtercus aridum,cũ lacte caſeato arundine demiſſa aſſumptum,& infra. ὠὸν γάλα

304 ¶ Alimentum ſic habẽtibus principio eſt ὠὸν γάλα.) Græce ὠὸν γάλα.i.puls ex ouo & lacte.Andernacus Err.Ander.
vertit:oua ex lacte.

EX CAP. XLIII.

305 ¶ Febriunt aũt modis omnibus quam illi.) In codice impreſſo πυρέπουσι δὲ ὅλως ἢ ἰκάνων ἧττω vetus
exemplar πυρέπουσι δὲ ὁμοίως.i.febriunt aũt æqualiter aut paulominus illis,& ibidem.

306 ¶ Sed ſi nimio dolore ea affectione oppreſſi conſternantur,enemaq; immiſſum non reddant, balneũ
eis adhibẽdũ eſt ex melle cymino nitro,rutæ ſemine,aridæ braſſicæ caule probe feruefacto & muria.)
Manifeſtus error.græce ἢ δὲ διὰ τὸ σφοδρὸν τῆς ὀδύνης καὶ τὸ σῶμα κατέχεσθαι βλακωδέστερον αὐτοὺς διὰ μέλιτος,κυμίνου,νίτρου,πηγάνου σπέρματος ξηροῦ,κράμβης καυλῷ καλῶς ἐξεσμένου καὶ ἅλμῃ ἐμβραχεῖσης.i.Quo dſi etiã ene- βλακεύω
ma(propter doloris vehementiam)detinuerint,balanis vtendum eſt conformatis ex melle,cymino, Balani
nitro,braſſicæ caule optime aſſo & in muria macerato.Eſt.n.græcis βλακεύω balanis ventrem purga- βάλανος
re,& balani in græca & latina medicina ſunt,non ex arboribus glandes,ſed glandium figura cõforma Paulus
ta,medicamenta,quibus vtimur in his quibus aluus nõ purgatur,quæ ex ſale,melle,nitro,cymino & Orib.
alijs conficiuntur authore Paulo lib.primo.cap.xlv.& Orib.lib.primo.cap.xx. His igitur glandibus Auicenna
vtimur vt ſcybala excernãtur,aut cum non reijcitur quod clyſteri fuit infuſum ex ijſdem authoribus, Err.Ander.
& Auicẽna.xvj.tertij.t.ij.cap.xi. Sunt autem ſcybala aridius & qua ſi in nucleos diuiſum ſtercus.An-
dernacus negationem addit transferens:at ſi ob doloris vehementiam etiam enema nõ retinuerint:q Err.Ander.
etiam pro καλῶς ἐξεσμένου.i.optime aſſo vertit:probe amputato,& ibidem.

307 ¶ Cæterũ lauacra quibus in hac affectione vtendum eſt,ſex dactylos altitudine ſunto.) Vitioſe in Balani
codice impreſſo τὰ δὲ βαλάνια.Lego ex antiquo codice τὰ δὲ βάλανα.i.Balani autem ſint longitudine
ſex digitorum Auic.xvj.iij.t.ij.c.vj.de eis eſt(inquit)vt queratur ſal petroſus & ſupponaſ ex eo glans Auicenna
vna & oporteat vt ſit longitudo eius ſex digitorꝫ,& infra.

308 ¶ Cum eliquatus tum in potu ſumptus.) Pro οἰνέμενος.i.in enemate immiſſus vertit, eliquatus:ẽ.n. οἰνέμενος
ſum vocant,& infra in curatione colicæ ventoſæ.

309 ¶ Poſtea quæ nihil flatus habent eſculenta poſculentaq;.) Pro οἰνεμάτων: ideſt enemata,reddit eſcu- οἰνέω
lenta,& ibidem.

310 ¶ Sed lenientia potius mitigantiaq; cataplaſmata & irrigationes vſurpemus.) Additur etiã in Pau
lo οἰνέματα.i.enemata,& ibidem.

311 ¶ Abſq; inflammationis ſolutione.) Græce ἄχρι λύσεως φλεγμονῆς.i.vſq; ad phlegmonis ſolutionem,
& infra de cura colicæ ex acutis & mordacibus humoribus.

312 ¶ Quod ſi acres & vellicantes humores tã mali doloris cauſa extiterint immittendi ſunt oleo in quo
elixa ſint fœnogrecum aut althæa.) Pro οἰνίων αὐτοῖς: ideſt enema ipſis injiciatur interpretatur, im- οἰνίων
mittendi ſunt.

EX CAP. XLIIII.

¶ Porro eos qui in exitioſum ac letalem inciderunt ileum aquæ calidæ potu vomere cogito.) τοὺς
313 δὲ ὧν ἀναιτηρίῳ παρεπεπόνται ὑπὸ ὕλης ὑμρᾶς καταχυσθεῖσαν,ἤδη τῆς δόσεως πίσεως .i. hi vero qui ex veneno ileum

patiuntur,vomere cogantur aquę calidę potu. Fit n. nõnunquam ileos & letalium venenoꝝ aliquot potu teste Paulo in initio huius capitis. Quod,& quod statim sequitur confirmat,ceterum omnium letalium venenorum sumptoꝝ notificationem ac signum habes volumine huius operis quinto,com
Auicenna. probatu & Auic. xvj. iij. t. iij. ca. xxij. & in,venenosi(inquit)curatione,incipiatur à vomitu sicut cũ aqua calida,& cap. xxix. & quãdoqꝫ accidit propter potationem venenoꝝ faciẽtium ileos.

EX CAP. XLV.

¶ Ut seriem nostræ doctrinę prosequar compelli.) Pro παρεξείνω.i. transgrediar, cõrario sensu interpretatur,prosequar,& statim. 314

¶ Intra primordia statim ventrem cohiberi,grauiq; dolore opprimi & appetentiam profligari,atq; circa umbilicum intestinoꝝ torminibus torqueri.) Omisit verbum ἀπεπῆσαι.i. pati ciboꝝ cruditates, quod in cunctis exemplaribus habetur,& ibidem. 315

κριὸς ¶ Et ex aduerso testiculus dolore afficitur.) Græce τὸν κατὰδύμων ὀδυνᾶσθαι.i. & è directo subiectus testiculus dolet,& ibidem. 316

¶ Ciceruum nigroꝝ ius.) ᾧ τὸν ῥιβίνδων οἱ μέλανες κριοὶ scefellit interpretem dictio κριοὶ quæ nõ parum agit ad sensum,apud veteres n. scriptores multiplex fuit ciceris genus authoræ Theophrasto lib. ix. & Plin. lib. xix. & Columella. ij. rei rusticæ. Est n. quod κριὸς.i. arietinus dicitur de quo & Dioscoride mentionem fecit lib. ij. ca. de cicere κελῶτα δὲ τὸ ἕτερον εἶδος αὐτῆς κριὸς.i. est autem & alterum ciceris arietinũ appellatum. Quod ideo sic dicitur quod arietino capiti simile sit. Hoc igitur in hac parte vtendum præcipit Paulus,vt sit vertẽdum & arietinum ciceꝝ nigrum,& ibidem. Theophr. Plinius 317

¶ Scilliticũ acetũ,miũ.) Græce καὶ τὸ σκιλλιτικὸν ὄξος καὶ φοῦ καὶ μίνθ. Omisit verba καὶ φοῦ.i. & phu. de qua herba Dioscorides li. j. ca. de phu,οὗτος κινεῖ ἐφεδρικὸς πεπτόμενον.i. bibitur eadem in pulverem trita ad ciendã vrinam. Hic obiter(quando de medicinis frangentibus lapidẽ agitur) annotandus Auicenę error. xix. tertij. cap. vltimo: & de eis(inquit)quę sunt vehementis fortitudinis & meliora omnium est auis quę græce nominatur tragulidos,& est auis de genere paruarum. Constat tamẽ ex hoc scriptore in hoc loco legendum esse troglodytes. Ibi etiam est & alius error in verbis: & quãdoqꝫ pulverizatur illud quod de ea salsatum est,& assatum ipsius cum pipere & similibus. Non n. salsatum aut assatam legendum est, sed cinis illius auis combustæ,nec piper solum inspergẽdum,sed piper & folium,teste Paulo quod vltimum ex castigationibus bellunensis potest cõfirmari. Dioſco. Ent. Auicẽ. Troglodytes Ent. Auicẽ. 318

ἀκρατόμελι. ¶ Et cucratomelite quasi bene temperato melle dicas epotũ.) Codex impressus ἀκρατομύλιτος, legendum esse suspicamur ἀκρατομέλιτος,est autem ἀκρατόμελι potio & mero & melle. persuasitq; id nobis nõ solum antiqui exemplaris fides,verum & Auicenna quo diximus loco: cum vino (inquit)claro cum melle: & in castigationibus bellunensis habetur cũ vino puro cum melle,Andernacus legit μελικράτου interpretatus phyllirą momẽto ex aqua mulsa epotus,& infra inscriptione,prophylactica. Auicenna. Ent. Ander. 319

¶ Per quassationes καθαιρισμὸν vel lithotomia.) Græcis dictionibus vtitur. Ego dixissem: quassationibus,& fistulę demissione quæ catheter dicitur aut incisione,& infra de renũ inflãmatione. 320

¶ Quod si inflãmationem renum aut vessicę ex lotij ponderoso feruore.) Impressoꝝ error pro loci, scribentũ lotij græce τῆ κατὰ τὸν τόπον μετὰ βάρους πυρώσεως.i. ex feruore & grauitate loci,& ibidem. 321

¶ Potent prętereà seminis lini pondo medimnos duos,amyli medimnum vnum & cochleariũ i aq̃.) Error grauis græce πιεῖσαι δὲ λινοσπόρου μεδίμνους δύο,ἀμύλου μέδιμνον ἕνα καὶ κοχλιαρίου ὄξους ἓν ἐν ὕδατι.i. in potu autem sumant cochleare vnum ex seminis lini partibus duabus,amyli parte vna,ex aqua,& infra de vrinariũ partium absessu. 322

¶ Absessuum vero vessicę & finitimorum locorum.) In Paulo nihil est quod reddi possit verbis illis & finitimoꝝ locorum,& ibidem. 323

¶ Atq; cum lotio pus aliquando excernitur.) καὶ τὸ πύον ἀναμεμιγμένον τοῖς οὖροις ἐκρίνεται.i. atque pus cõmixtum cum vrina inuenitur,& statim. 324

¶ Cæterum pus aut sanguis nõnũq; solus absq; lotio excernitur,& sine vlla earum rerum quas hactenus recensuimus,idq; haud obscure in pudendis exulcerationem consistere indicat.) Græce ἢ δὲ πύον ἢ αἷμα ἐκκρίνεται καὶ χωρὶς τοῦ οὐρεῖν ἐκδόσεως οὐδενὸς τῶν ἐρημένων ἀλλὰ τοῦ αἰδοίου ἕλκωσις.i. Quod si pus aut sanguis excernitur,absq; hoc quod vrina reddatur: nullius prędictarum partium sed pudendorum ostenditur esse hulcus,& infra. 325

¶ Aut albore oui cum spodio quod pompholix appellatur.) Confundit pompholiga cum spodio: quæ tamen specie,differunt,etiam si genere nullam habeant diuersitatem. authore Dioscoride. lib. v. cap. de pompholige. Pauli verba sunt ἢ τὸ λεπτὸν τοῦ ᾠοῦ μετὰ πομφολυγὸς.i. aut oui candidum cũ pompholige,& infra de eruptione sanguinis renum. Dioſco. 326

¶ Aut spongiæ foris ex salsore stactę ue calida adhibenda.) Græce καὶ σπόγγους ἔξωθεν ἐξ ἅλμης ἢ σταγόνος ὀξυμέλιτος pro ἐξ ἅλμης ideest ex muria. vertit ex salsore,voce quidem ambigua & obscura,& infra de stillicidio vrinæ. 327

¶ Purgandi vtiq; ei cõstitutioni obnoxij sunt.) Pro καθητηρίων.i. fistula(quæ catheter dicitur) edu- 328

catur vrina:reddit,purgandi vtiq; sunt,& ibidem.

329 ¶ Foueanturq; dicta affectione opressi hydrelæo.) ἐγκαθίζεσθαι δὲ καὶ οὕτοι οἱ περὶ ὑδρηλαίαν ἐγκαθίζεσθαι ·i.insideãt vero in hydrelæo.Est.n.ἐγκαθίζεσθαι isidere.Et inde ἐγκάθισμα insessio,aut encathisma,& infra. ἐγκάθισμα

330 ¶ De vessica conuulsa.) Græce πρὸς παραλυθέσης κύστεως.i.de vessica paralysim patiente,& infra.

331 ¶ De medentibus intro.) Græce πρὸς εἰσιοῦσιν.i.de ijs qui vrinam nequeũt continere. ἐνουρεῖν

EX CAP. XLVI.

332 ¶ Vbi autem ad calidam intemperiem referenda est infirmitas, primum putrefactiones fiunt humoꝝ·) In Paulo nihil respondet verbis illis primum putrefactiones fiunt humoꝝ,& statim.

333 ¶ Teterrimiq; odoris bilis in oculi pupilla crassa & affluens colore.) χολὴ καπνώδης τῇ χρόᾳ παχέια.i. & in eius colore bilis abundans & crassa,vt ad ventris excrementum referantur.Decepit incautum interpretem vicinitas vocum pro καπνώδης legit κεπὶ κόρῳ,& infra.

334 ¶ Et capparis radicis medimni duo,coſti medimnus vnus cum vino.) Græce μι.i.partes,vetus codex μέρος habet & μέρη, & infra.

335 ¶ Porra ex oxymelite & oleũ asparagi & capparis cõsimiliter.) Decepit interpretem corrupta lectio codicis impressi καὶ τὸν ἔλαιον ἀσπαράγου καὶ κάπαρεως ὁμοίως pro ἔλαιον legit ἰλαιων.i.oleum.Legendum ex veteri codice scripto ἴλεως,est autem ἴλεως authore Paulo lib.p.c.lxxv.& Gal.ij.de aliment.facul.asparagus fyluestris sic dictus,quũ ὡ τοῖς ἴλεσι nascatur.Sunt autem ἴλη stirpibus conserta loca. Verendum igitur erat:& porra ex oxymelite & fyluestris asparagus,& capparis consimiliter. ἔλεως Paulus Gal.

336 ¶ Ad hæc medicamen hicedium imponẽdum.) Vitiose in græco codice impresso ἱκιδίων. Vetus codex ἱκίσιον.i.hiccion de quo & meminit Paulus lib.vij.cap.xvij.& ibidem. Hicsion

337 ¶ Et absterguntintestinũ.) Græce τὸ σκόχνον.i.viscus,vt ad hepar referantur hæc verba.

EX CAP. XLVIII.

338 ¶ Hydrops protopathia quidem suscitatur.) Miror græcam vocem adeo placuisse cũ latinius dixisset:vel propter proprium ipsius affectum,& statim.

339 ¶ Per societatem vero,aliorꝝ membrorꝝ frustratione conuersioneq; sanguinis·) Græce ὅτε δὲ κατὰ συμπάθειαν ἑτέρων μορίων ἀποτυχίᾳ τῆς ἐξ αἵματος ὑποστάσεως γίνεται.i.vel per cõsensum etiam aliarum partium si accidit defectus generationis sanguinis,& ibidem.

340 ¶ Vt pallidum atq; pituitosum mortuo compar appareat. ὥστε λευκὸν καὶ φλεγματῶδες τὸ σῶμα φαίνεσθαι νεκρῷ παραπλήσιον.i.vsq; eo vt corpus candido & pituitæ colore videatur cadaueri simile.sic.n.hũc locum vertit Marcellus cap.de ruta,etiam si Ander.dixerit:pituitosum, & ibidem. Err.Ander.

341 ¶ Aut spyrathum capræ in pueri lotio.) Græce ἢ σπυρέθους αἰγὸς.i.aut fimi caprarum,& statim.

342 ¶ Vel capræ viscidam pinguedinem.) Græce ἢ αἰγὸς γλοιὸν παχὺ.i.vel in vrina caprę donec strigmenti balnei crassitudinem habeat,est autem sensus:ex stercore caprarum macerato in vrina pueri vel capræ,donec viscidum reddatur & crassum tanq̃ balnei strigmentum factum emplastrum & vẽtri imponitum,summe expurgare eos qui hydrope anasarca laborant.Decepit tamen interpretem corrupta dispũctio quę ante dictionem αἰγὸς in impressis exemplaribus reperitur,& Andernacum,item g transfert:vel stercora caprila in pueri vrina,vel caprę gluten crassum applicatum,& infra. Err.Ander.

343 ¶ Diureticum pręterea illud quoq; perquam præstantaneum est.aluminis liquidi quantitatem fabæ aqua dissoluens macerans q; ex linteo potui dato per triduum vel alternis diebus.) Obscurus locus, græce διουρητικὸν δὲ καὶ πρὸς κάλιστον συμπερίσσου ὑγρὰς καλίου κύαμον ὕδατι διαλύσας τὸ δι' ὀθόνης πόσιμόν ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας ἢ παρεξ μίαν.i.Diureticum vero hoc optimum est:aluminis humidi quantitatem fabę, dissolue in aqua & percolans per linteũ,potui exhibe ad tres dies vel ad vnum,& ibidem.

344 ¶ Expedit porro ea affectione possessis picra,hoc est amara ex oxymelite constans.) Græce nihil est cui dictio,constans,referri possit ὠφελεῖ δὲ καὶ πρὸς ἃ διὰ ὀξυμέλιτος πικρὰ πρόμιξον.i.confert his etiam picra ex oxymelite epota,& ibidem.

345 ¶ Vinum prętera penetrans aquam q; proliciens atq; educens prębendum. Primas aũt tenuit medicamẽtum illud,scilꝫ vncias tres.) Distungit interpres quæ continuatim erant legenda ex mẽdosa dispunctione codicis formulis excussi deceptus καὶ οἶνον δὲ πεφαντέον αὐτοῖς ὑδρηλογῶν διδόναι,ἐσὶ δὲ κάλλιστος οὗτος σκεύασμα ἐξ·y.Creditur igitur à verbo ἐσὶ alium inchoari sensum,quare de suo addit verba illa:medicamentum illud.Legendum tamẽ sine dispunctione ex antiquo codice scripto, vt sit vertendum. Curandum prętera est vt vinum illis exhibeamus quod euacuandi aquam virtutem habeat:optimum vero tale erit scilꝫ vncias tres.Errauit & in hac parte Andernacus vertens: vinum quod aquæ educendæ est,dare rentabimus:est autem infra scriptum medicamentum ad id efficacissimum scillæ vncias tres,& ibidem. Err.Ander.

346 ¶ Post hęc naturalibus aquis constanter vtendum pariter & psammismo.) Græce τῷ ψαμμισμῷ.i.& in arena sudent,Andernacus:fabuloq; & arena saburrentur,& infra. ψαμμισμὸς

347 ¶ Insanasarca autem & reliquis partibus enudentur.) Pro γυμναζέσθωσαν.i.exercitentur, vertit,enudentur.vocum vicinitate deceptus. Err.Ander.

EX CAP. XLIX.

¶ Sin autem neq; quicquam horum attrahendi vero potentiæ infirmitas atræq; bilis vomitio citra 348
febrim ingruat ac aliam cacoethes qualitatem lienis amplectricem poteſtatem debilitari portendit.)
Græce ἡ δὲ μηδὲν τούτων, ἀσθένεια τῆς ἑλκτικῆς ἰμέτος δὲ τῆς μελαίνης γινόμενος χολῆς κάθαρσιν προσδοκᾶ, καὶ τὰς ἄλλας κακοήθειας τῶν παθητικῶν τοῦ σπληνὸς φιλεῖ φαίνειν. i. nihil horum accidat imbecillitas attrahẽdi potentiæ ſignificatur: quod ſi vomitus atræ bilis contingat ſine febre, aut alio prauo affectu, retinẽdi potentiam ſplenis debilem eſſe conijcitur, & ſtatim.

¶ Feruore vnà cum afflictione pacato.) τοῦ μὲν ζέοντος καὶ ὀδυνηροῦ παυσαμένου. i. ceſſante autẽ feruore 349
& dolore, & ibidem.

¶ Accipito fœnugræci vncias quatuor, hordeaceæ cardamomi vniuſcuiusq; vnciam vnam.) Dece 350
pit interpretem vocum ſimilitudo nam pro καρδαμου. i. naſturcij, legit καρδαμώμου. i. cardamomi, recla
mantibus cunctis exemplaribus & vero ſenſu: ſiquidem naſturcium lienes minuit non cardamomũ
Dioſco. lib. ij. cap. de naſturcio σπλῆνα ταπεινοῦ καταπλασμένον. i. ex melle illitum, lienem minuit Ander
Err. Ander. nacus vocem græcam vſurpauit vertens: cardami, & ibidem.

¶ Taurij tantundem, nitri quadrantem.) Vitioſe in codice impreſſo habetur ταυρίου vetus exemplar 351
Err. Ander. κινταυρίου. i. centaurij quo loco Andernacus pro καπαπέρεως ἑζίης φλοιοῦ. i. corticis radicis capparis male
interpretatur: capparis radicis, & ibidem.

¶ Habeat ſalis quoq; florem præcalfactum.) Grauiſſimus error, græce ἐχέτω δὲ ὁ βούλητι καὶ τοῦ ἁλὸς ἄν- 352
θος πεπυρωμένον. i. habeat autem id emplaſtrum ſi vis ſalis florem prius fomentis adhibitis, & ibidem.

¶ Coquito liquefacta & macerata inde inſpergito arida.) ἑψήσας τὸ τηκτὸν ἔμπασον τὸ ξηρὸν. i. decoctis 353
Err. Ander. quæ liquefieri debent quæ ſicca ſunt inſpargantur. Andernacus: quæ liquari poſſunt cocta aridis ſuperfunduntur, & ibidem.

¶ Quo ſuperficies remollita lanietur.) Græce ὅσε τὸν ὑπόφλοιον ἁπαλυνθῇ. i. donec cutis ſumma exul 354
ceretur. Dictioni enim remollita nihil in Paulo reſpondet, quæ non temere erat addenda ab interprete, & infra.

¶ Guttæ ammoniacæ thymiamatis drachmam vnam, olei nardini, aut cyprini ſcrupulos duos.) 355
ἀμμωνιακοῦ θυμιάματος ſο. ſ. ναρδίνου ἢ κυπρίνου ſο. β. ideſt: ammoniaci thymiamatis grãmata ſex, olei
nardini aut cyprini grammata quatuor, & ibidem.

¶ Aut guttæ ammoniacæ medimnum vnum.) Græce μι. α. ideſt partem vnam. vetus exemplar ex- 356
preſſius habet μόρος, & ibidem.

¶ Cinisq; χαλκάνθου.) Vitioſe in codice impreſſo habetur χαλκάθων legendum cenſeo κογχυλίων. i. & co 357
chlearum cinis, cui calefaciendi, vrendi, & exulcerandi facultas eſt authore Dioſco. lib. ij. cap. de terre
ſtribus cochleis Andernacus ridiculo ſenſu vertit: & cinis fabrorũ cũ cruda polenta, & infra.
Dioſco. Err. Andr. ¶ Aut trixaginis ſiue ſerpylli oxybaphum totum, oxymelitis'ue anagallidos obſcuri coloris florem 358
habentis ſucci diobolum potui præbero cum poſca.) Vitioſe in codicibus impreſſis legitur ἢ χαμαι
δρυος ἢ ὀξυβάφου ὀξυμέλιτος ὠφελχαλλάθος τῆς τὸ κυανοῦ ἀνθος ἐχούσης χυλοῦ διόβολον πότιζε μέ
τ' ὀξυκεράτου. In veteri exemplari μέτ' ὀξυμέλιτος vt ſit in totum vertendum: & trixaginis ſiue ſerpelli inte
Anagallis grum oxybaphum ex oxymelite: & pondus duorum obolorum ſucci anagallidis, eius. ſ. quæ cærule
κυανοῦν os flores habet cum poſca. Eſt enim authore Dioſco. lib. ij. cap. de anagallide: duplex diuerſo colore
Dioſco. anagallidis genus, haber. n. altera cœruleus quæ fœmina eſt altera quæ maſcula puniceos flores. Ma
Plinius le igitur pro κυανὸν. i. cœrulei, vertit obſcuri Plinius hiſtoriæ naturalis volumine. xxv. cap. xiij. anagalli
da aliqui corcoron vocant: duo genera eius, mas flore puniceo fœmina cœruleo. Andernacus: vel cha
Err. Ander. medryos vel ſerpylli acetabulum totum, vel oxymelitis anagallidis q; quæ cœruleum florem obtinet
duo oboli cum poſca bibuntur.

EX CAP. L.

¶ Nam ſi, in febrili languore confeſtim oriatur aurigo, pacauerit febrim indicio eſt ex profundo in cu 359
Celſus tis ſuperficiem mutatam ſeſe recepiſſe materiam.) Dictus ob id regius morbus eſt vt Celſo placet li-
Morbus ij. cap. xxiiij. quoniam in eius curatione ludis, laſciuia, & his per quæ mens exhilaretur vti oportet.
regius Vocatus & arquatus ab eodem Aurigo ab alijs, à Plinio, fellis ſuffuſio. à medicorum vulgo ictericia.
Arquatus à græcis ἴκτερος ideo ſic dictus vt Aetio placet lib. v. cap. xvij. ex coloris ſimilitudine quæ eſt in oculis
Aurigo laborantium hoc morbo, & muſtellæ ſylueſtris græce ἴκτις dictæ. Eſt enim in vtriſq; oculorum color
Fellis ſuf- auro ſimilis. Hic morbus ſi in diebus decretorijs febrium eueniat, modo hepar non obdurauerit bo
fuſio num eſt ſignum teſte Hippo. quarta aphoriſmorum ſectione aphoriſmo. lxiiij. Si igitur (inquit Pau
Plinius lus in hac parte) morbus regius ſubito eueniens febrem ceſſare fecerit decretorie accidere coniectan
Aetius dum eſt: tranſmiſſa materia ex profundo ad exteriores partes. Interpres tamen pro ἀφρόων. i. ſubito, ver
ἴκτερος tit confeſtim, & pro κρητικὸς ἐστὶν. i. cretice euenit, reddidit obſcure nimiũ indicio eſt, & ibidem.
ἴκτις

¶ Vna cum vino aut iure ſtaphylino in vino ad tertias vſq; elixo.) Velim ab interprete ſciſcitari qd 360
Hippo. ſit ſtaphylinũ ius? Manifeſtum tamẽ σταφύλινον paſtinacam eſſe. Vt ſit vertendum cum vino, aut paſti-

nacā ad tertias vſq; decocta in vino,& ibidem.

361 ¶Magna item cum vtilitate picra hoc eſt amara exhibetur:ipſaq; xera ideſt arida & ex oxymelite cō fectio.) Hæc quam obſcura ſint iudicent legentes,nam quid obſcero eſt xera?aut quæ eſt cōfectio ex oxymelite?decepit negligentem hominem vitium codicis impreſſi καλῶς δὲ αὐ ἡ πικρὰ ξυρὰν ἢ ἐκ ἐκ καὶ ὁ σ῎ξυμέλιτος ſcribo ex antiquo exemplari ἢ ἐκ ἐκ καὶ ἢ σ῎ξυμέλιτος.i.vtilis erit etiam picra ſi ſicca exhibeatur vel ex oxymelite,vt ſit ſenſus hieræ picræ puluerem conformatis.ſ. pilulis, aut oxymelite coportum,vtilem eſſe,& ibidem.

362 ¶Intiborum ſeries.) Græce καὶ σ῎ριος.i.& ſereos, & ſtatim.

363 ¶Et vino tenui aqua temperato.Græce ᾧ οἴνου λεπτοῦ ὕδατος.i.& vino tenui aquoſo,& infra.

364 ¶Rurſus in ſole arinum infunde.) Vitioſe in codice impreſſo legitur ἀρῶνον vetus codex ἐξῆνον.i.& ἐξῆνον medicamen quod per nares expurget,naribus in ſole infunde.Andernacus:rurſus vnguentum in ſole naribus infunditō. Err.Ander.

EX CAP. LII.

365 ¶Liriuij cucumerini cyathum vnum.) Vitioſe in exemplari impſſo σικώνος.i.cucumerini,habetur vetus lectio συκίνος.i.ficulnei,& ſtatim.

366 ¶Puluueris ſeu cineris calcis medimnos duos,auripigmenti tantundem,cretæ cimoleæ medimnum vnum.) Græce μν.ideſt, partes.

EX CAP. LIII.

367 ¶Ceræ,thuris,myrti.) Græce σμύρνος.i.myrrhæ,non myrri vt ille vertit,& infra.

368 ¶Alterum pluribus modis confert etiam abſolutis non tamen inueteratis.) Græce ἕτερον πικιλόσ῎ρον πεῖν καὶ πλείοις τοῖς μὴ χρονίζασιν.i.aliud quod vtile eſt etiam in hernia perfecta iam ſi modo non ſit inueterata.Andernacus:aliud magis varium facit etiam adultis,cum morbus veruſtatem nondū ſcn ſerit, & ibidem. Err.Ander.

369 ¶Vino adſtringente arida excipiens & amolynto vtere.) Græce οἴνῳ σύφοντα τὸ ἐκ ἐκ ἀλαβὼν ἀμολυ τῳ χρῶ.i.pulueres in vino adſtringente excipiantur:& recrementis ex coctura iam ab eo ſeparatis,vte re.Andernacus.Vino adſtringente arida excipiuntur.Medicamento tam ſpiſſo vt digitos non coin quinet,vtitor,& ſtatim. Err.Ander.

370 ¶Perpetuaq; balnea.) Græce καὶ σωσχῶς βαλανεῶν.i.& creber vſus balneorū,& infra de hydrocele.

371 ¶Cæterum ad non admodum magnam aquę collectionem.) Græce πρὸς δὲ τὸ μὴ πάνυ συλλογὴν ὑγροῦ χείδαν.i.vt vero non fiat magna aquæ collectio.Hoc enim remedium ad morbi præſeruationem po nitur,non ad curam,& ſtatim.

372 ¶Conducit aūt & διαχώρων.) Græce reliquit cū dicendū eſſet,& emplaſtrū ex populo nigra.

EX CAP. LIIII.

373 ¶De inflammatione didymi.) Græcam dictionem vſurpauit περὶ φλεγμονῆς διδύμου.i.de inflamma tione teſticulorum,& ibidem.

374 ¶Didymo vero inflāmato.) Græce τοῦ δὲ διδύμου φλεγμαίνοντος.i.teſticulo vero inflāmato, & ibidem.

375 ¶Didymorum inflammationibus confert.) Græce διδύμων.i.teſticulorum,& infra.

376 ¶Sulphuris vncias nouem,reſinæ vncias tres.) ὁμοῦ ſα.δ.νίτρου ſα.α.ξητίνης ſσ.γ. Omiſit verba illa νί τρου. ſ.α.ideſt nitri vnciam vnam,& infra.

377 ¶Cęterum ad accenſos didymos.) Græce διδύμους.i.teſticulos.

EX CAP. LV.

378 ¶Contegendo interim tum lumbos tum ephebea quod eſt pubem & pectinem.Exhibeantur cōſtri ctionis gratia vinum & melinum & cœnanthinum hoc eſt ex labruſca.) Diſiunxit interpres in duo membra,quę vni ſolum ſenſui pertinent;græce σκεπάσαντας τὸν τε ὀσφῦν καὶ τὰ ἐφήβαια πλύμασιν ὀ ἐλαίνου ᾧ με λίνου.i.Contegantur lumbi & pubes velaminibus cum vino aut oleo melino vel cœnanthino.Ander nacus:in qua conuenit lumbos conquieſcere,pubēq; hapſo ex vino & melino vel cœnātino adiuuare. Err.Ander.

EX CAP. LVII.

379 ¶Turget.n.nullo venereorum ſtimulāte deſyderio. Inflatio vero euidens eſt cum videlicet ea corpo ris pars ſpiritu turget,ſit aūt ex humoribus tenacibus craſſisq; cum calore mediocri.) Confundit in terpres priapiſmi diffinitionem & cauſam,cum cauſa ventoſitatis eum morbum excitantis.Replet enim in hac affectione cauernoſus neruus qui propriam colis ſubſtantiam conſtituit,vēroſitate quæ in animalis corpore fit authore Gal.xiiij.therap.ex craſſis & tenacibus humoribus & calore medico & imbecillo:quippe vbi calor naturalis validus eſt,& humores non valde craſſi,in tenuem halitū ſol uuntur,& inſenſibili tranſpiratu effluunt.Contra vero vbi,naturalis calor imbecillus eſt,& humor ſe micoctus craſſus & glutinoſus valde craſſior ventoſitas excitatur q̄ vt tranſpirare poſſit,quæ potiſſi ma cauſa priapiſmi eſt:vt hoc loco docet Paulus his verbis ὀγκομένου χωρὶς τῆς ἁρμῆς τῆς πρὸς ἀφροδίσια φυσᾶδές ἐστιν ἀνάσπα πνεῦμα τὸ ἐξογκοῦν τὸ μόριον πιπτόμενον ἐξ ὑγρῶν καὶ γλίσχρων καὶ παχέων ὑπὸ θερμότητος μετρίας.i.rumeſcente membro ſine impetu ad venerea:eſt autem rumeſcentię cauſa ſpiritus ventoſus Gal. Ventoſitatis cauſę.

Gal. qui ex vitiosis & crassis humoribus habeꝝ ortum. Confirmat hanc lectionem Gal, ix. de comp. phar. κατὰ τόπους iisdem verbis, & ibidem.

¶ Propter spiritus distractionē.) Græce πρὸς τὴν τῶν πνευμάτων διαφόρησιν. i. ad vētositatis discussionē. 380

EX CAP. LVIII.

¶ De genitura igitur sanorum in primo volumine qui de sanitate tuenda agit, simpliciꝝ; medicamē 381
torum virtute, eorum qui imperu quodam feruntur in libidinem docuimus valentia in præsentia re-
media ponenda sunt.) τῶν μὲν χρηστικῶν τοῦ σπέρματος ἐν τοῖς ὑγιεινοῖς κατὰ πρῶτον βιβλίον ὑφηγησάμεθα, καὶ τὰ παρεμπίπτοντα ἐν σπουδαίοις κατὰ τὴν ἁπλῆν θώκαμεν, καὶ τὰ ἐν ἀφροδισίοις. i. docuimus itaq; in primo vo
lumine in præceptis salubribus medicinas simplices quæ semen generant, quæq; ad concubitus im-
pellunt, nunc vero fortiores ponendæ sunt, & infra.

κεδρίδιον ¶ Piperis coriani perroselini.) Grauis hallucinatio pro κοκκαρίων. i. granorum pini; transfert, Coria- 382
ni, & statim.

¶ Accipe cedrū crudoꝝ, conarioꝝ. Græce ἐκβάλετον ὠμῶν κωναρίων. i. cicerꝝ crudoꝝ, granoꝝ pini. 383

EX CAP. LIX.

¶ Accipe cadmiæ & piperis vncias duas, rosarum abiectis foliis vncias sex.) Grauissimus error græ- 384
ce ἐξέσθων ἀπονυχισμένων τῶν φύλλων. i. florum rosarum detractis vnguibus, sunt enim ὀνυχισμένα siue ἀπο-
νυχισμένα ῥόδα rosæ quarum vnguis exemptus est, vt lib. vij. longius exponemus. & ibidem.

ἀπονυχισμένα ῥόδα. ¶ Et cœnelæo consimiliter.) Græce καὶ ὁ διὰ ὀνικλάνου ὁμοίως. i. consimiliter & trochiscus ex cœnelęo. de 385
quo libro. vij. cap. xvij. & infra ad pudendorum dolores.

¶ Atqui in colem verendum turgidum, mollium foliorum vitis drach. vnam, ceruſſæ drach. quinq. 386

Orib. In Orib. lib. ix. c. xxv. vnde excerpta hæc omnia sunt ad verbum ἀμπέλου φύλλων ἁπαλῶν τριάκοντα λιβανωτοῦ. ⊀. α. ἀμμωνίου. ⊀. ι. hoc est, tenuium foliorū vitis numero triginta, thuris drachma vna, ce

Err. Ander. russæ drach. quinque. Andernacus: vitis foliorum tenerorum pondo denarij, & infra, in inscriptione, hedricum vtilissimum.

¶ Hæc arida contundito, cremoręq; strychni herbæ apollinaris, aut portulacæ liquefacta miscēs ex- 387
cipe.) τὰ ξηρὰ κοῦσον χυλῷ σύχνου ὑοσκυάμου ἢ κεφαλάχνης καὶ τὰ τηκτὰ μίξας αὐκαλέμβανε. i. quæ sicca sunt,
dissolue in succo solani, aut apollinaris herbæ, aut portulucæ, & miscens ea quæ liquefieri oportet, ex-

Err. Ander. cipe. Andernacus: arida succo solani, alteraci, vel portulacę cōteruntur, & ibidem.

¶ Et ex lamina plumbea.) Græce καὶ τὸ διὰ μολυβδάνου. i. & medicamentum ex plumbagine, & infra 388
de hæmorroidibus.

¶ Prauęq; atq; maligne etiam sic affecti laginantur, nam cibi beneficium nō sentientes tabescunt.) 389
Cōtradictio manifesta in interprę: græce καὶ πονήρως ἔχοντες ἐσθίουσι. i. prauęq; cibū nō sentiūt, & ibidē.

¶ Aquę vero aridum illud misceatur.) ὕδωρ δὲ ξηρὸν μίγνυται ξηρᾶν ταῦτα. i. aquę hic puluis commisceatur, 390

Err. Ander. Andernacus: aquę vero misceatur aridum hoc, & infra.

¶ Schistes drach. nouē.) Græce χιστὸς. ⊀. ε. i. aluminis scissilis drach. nouē, & infra ad pcidētes anos. 391

¶ Myrrhę, aminęq drach. duas.) In codice impresso σμύρνης ἀμωνίακου vetustū exemplar μυνίακου. i. myr- 392

Err. Ander. rhę minnęq. Andernacus, myrrhę minyę.

EX CAP. LXI.

¶ Auferatur vero nō plus duabus libris cum dimidia, neq; etiam minus vna, siue venam secabimus, 393
siue hiera quidem ex colocynthide purgabimus.) In emulgaris exemplaribus mendose habetur ἀφαι-
ρεῖσθω δὲ μὴν πλέον. β. ς. λιτρῶν μήτε ἔλαττον μιᾶς. ἔστω φλεβοτομήσαντι ἔστω μὲν τοῦ διὰ κολοκυνθίδος ἱερᾶς καθαίρειν,
lego in veteri exemplari ἔστω μὴ vt sit vertendum, derrahatur vero non plus duabus libris cum dimidia
neq; minus vna si phlebotomia fiat: si autem non, hiera ex colocynthide purgare expedit. Nec tamen
improbarem si legerer aliquis ἔστω μὲν vt sensus sit post phlebotomiam, euacuādum esse hiera ex colo-
cynthide: quod ex cōiectura nostra, arbitrarium legentibus relinquimus, & ibidem.

¶ Alimenta porro cōgruunt belle instructa riteq; dispositā.) τροφαὶ δ' ἁρμόζουσιν εὖ διαιτώμενοι. i. cibi vero 394
cōferunt qui facile distribuantur, & infra.

Err. Ander. ¶ Helenij; radicis decoctum.) Græce ἑλενίου ῥίζης ἀφέψημα ideſt: & radicis enulę decoctum Ander-
nacus: helenij radicis decoctum, & infra.

¶ Daucus creticus, seseli, anisum, ciceris, & cercides.) Vitiose habetur in codice impresso κερκίδος. i. 396

Dioſco. cercides antiquum exemplar κεδρίδου. i. cedri fructus qui ad mēses prouocandos probātur à Dioſco.
libro primo. cap. de cedro. Neq; ibi ἄνισον. i. anisum legendum est, sed ἄμμισιον. i. & ammi & sion. Hæc

Dioſco. enim semina menses prouocant authore, Dioſco. libro secundo. cap. cxvj. & libro tertio. cap. lxxij. An
dernacus ami si non, & ibidem.

Err. Ander. ¶ Galbanumq; facto inde suffitu fotuq;.) Addit verba illa: fotuq;. 397

EX CAP. LXII.

¶ Interdum vero in iustę & integrę ætatis nouæ nuptæ partubus. Nonnullę magna quidem ex par- 398
te sua quoq; sponte cessant.) Disiungit quod vni solum sensui pertinent. græce ποτὲ δὲ καὶ πολλαὶ καὶ
αὐξίστη

πέφυκεν αὔτατον ὡς τὸ πολὺ καὶ αὐτομάτως παγῆναι.i.aliquādo vero in fine partus,quæ quidem vt plurimū ſponte ſua ceſſant,vt ad fluctiones menſtruorum referantur, Andernacus pro ὧν πλείους ἀτονήσεσιν.i. Err.Ander.
in fine partus,tranſtulit ob grandes partus,quod quam vere iudicent peritiores,& ſtatim.

399 ¶ Continue vero in ἀμβλαύσιον fortiter ſanguinis fit profluuium.) Non video quid magis ex his q̄ ex græcis poſſint latine legentes colligere græce σωματικῶς δὲ καὶ ἐπ' ἀμβλαύσιον ἰσχυρὰς ἀμοῤῥαγήσεων.i.Cō
tinue etiam poſt abortus,ſanguinis profluuia vehementia accidunt,& infra.

400 ¶ Sumanſ corticis mali punici dulcis,radicis myrti,corticis cupreſſi ſingulorum medimni tres,gal
læ medimnus vnus.) Græce μέδιδεσ, partes.

EX CAP. LXIII.

401 ¶ Laborans autem plerunq; ſolet pallefcere,cibum auerſari & inediam ſuſtinere.) Pro ἄτροφον.i.& alimenta nō ſentit,interpretatur:& inediam ſuſtinere.Eſt.n.ἄτροφος præter notam ſignificationē quæ ἄτροφος
eſt,non alens:cui τρόφιμος opponitur:idem etiam quod μὴ τρόφιμος,Inde atrophia teſte Plinio libro Atrophia
xxij.& xxvj.rabis ſperies,& atrophi,qui cibum non ſentiunt.Eſt.n.ἀτροφῶ tabeſco ſiue alimenta non ἀτροφῶ
ſentio,Galeno & Theophr.quoq; exempla colligit Budeus in cōmentarijs,& infra.

EX CAP. LXIIII.

402 ¶ Oſculi matricis ſuffocatio.) Græce μύσις τῆς ὑσέρας σφιδν.i.& preclusio oſculi matricis.Eſt.n.μύσις μύω
præcluſio à verbo μύω quod eſt conniuere vel claudere,& ſtatim.

403 ¶ Partibus vero poſterioribus inflammatis dolor circa pectinem.) Græce τῶν πέμπτων.i.partibus
vero anterioribus.Nam de inflammatione partium poſteriorum iam ſuperius erat dictum in verbis
τῶν μὲν ἔμπροσθεν αἰτίας μόνον φλεγμαινόντων.i.poſteriore q̄ppe vteri particula phlegmone laborāte,& infra. πίλημα
404 ¶ Per obſtructiones ē lana.) Græce διὰ πλημάτων ἐξ ἐρίου.i.per velamina quæ fiant ex lana,& ibidem.

405 ¶ Quinto autem die cataplaſma imponatur ex polline,ſemine lini fœnogræco,mulſo maceratis cō
poſitum,capita quoq; papauerum decocta forbeantur & ex oleo eadem applicentur.) Vitioſe in exē
plari impreſſo habetur: μετὰ δὲ τὴν πέμπτην κατάπλασιν γύρει λινοσπέρμῳ τήλῃ διὰ μελικράτου οὖ ᾧ κώδεια ἢ
φλεγκόσια ἐξέφυσεν καὶ ἐλαίου. In codice ſcripto legimus ἀφεψήσαι ἐξέφυσεν.i. Poſt quintum autem
diem emplaſtrum imponatur ex polline,ſemine lini,fœnogræco ex oleo & mulſo in quo capita papa
ueris decocta ſint,& à mulſa iam abiecta.Andernacus:ex mulſa in qua papauerum capita decocta ex Err.Ander.
oleo injiciantur,& infra.

406 ¶ Medicamentum roſaceo diſſoluens.) Mendoſe legitur in codice græco impreſſo φαρμακον.i.medi
camentum,vetus lectio cōmodior τετραφάρμακον.i.tetrapharmacum,de quo lib.vij.cap.xvij. Ander. Err.Ander.
eodem errore vertit:medicamentum roſaceo ſolutum applicatur vel infundatur.

EX CAP. LXV.

407 ¶ Ad hæc indiria quanquam inconſtanter cum horrore proferunt ſeſe.)Codex impreſſus vitioſe ha
bet πρὸς ἔτι δὲ ἀπακτοι μετὰ φρίκης οὐ ταῖς ὧν σημασίαις γίνονται.Antiquum exemplar πυρετοὶ δὲ ἀπακτοι.i.& in acceſſionibus,febres inordinatæ cum horrore accedunt,Andernacus:Præterea inordinatæ cū hor- Err.Ander.
rore acceſſiones ipſis obueniunt,& infra.

408 ¶ Encathiſmatis præterea in inflammationibus iugiter vtendum.) Græce καὶ ἐγκαθίσμασι δὲ ταῖς ὧν
φλεγμονῆς συμπτώσεσιν χρηστέον.i.inſeſſus quibus in vteri inflāmationibus vtebamur,probantur.

EX CAP. LXVI.

409 ¶ Vel embryulciam.) Non erat cur græcam vocem vſurparet græce ἢ ἐμβρυωλκίαν.i.vel propter fœ
410 tus extractionem Ander.aut fœtu exculſo,& ſtatim. Err.Ander.
¶ Vel corruptionem ex medicamentis acribus.) ἢ φθορὰν ἢ ὑπὸ φαρμάκων δριμέων.i.vel propter mortē
411 fœtus,vel propter acria medicamenta,& ſtatim.

¶ Dierethiſmus ad chalaſticamedicamenta,ſed ad contraria cuphiſmus.) Hæc q̄ obſcura ſint iu
dicent legentes,græce ὁ διερεισμὸς πρὸς τὰ χαλαστικὰ τῶν φαρμάκων πρὸς δὲ τοὐναντίον κουφισμὸς.i. irritantur
ex medicamentis quæ relaxandi vim habent,& leuantur ex contrarijs,Auicen.& nocumēti (inquit) Auicenna.
412 ex medicinis quæ mollificant,& iuuamentum ex iis quæ ſtypticitatem faciunt,& ſtatim.

¶ Mundo autem exiſtente hulcere humor exiguus,leuis & æqualis inſipidus.) In Paulo nihil eſt qđ
413 reſpondeat dictioni illi leuis:& male pro ἄοσμον.i.ſine odore,vertit,inſipidus,& infra.

¶ Expurgato vero iam hulcere lauare crebrius,alere item & vinum præbere quo incarnatio fiat ocy
us expedit.) Plurima hoc in loco omiſit interpres quæ tamen in græcis codicibus magno conſenſu
reperiuntur καθαρσοῦ δὲ γενομένου τοῦ ἕλκους λούειν τε ποικιλότερον καὶ τρίφειν καὶ οἶνον παρέχειν ὅπως ἡ σαρκώσις τα
χέως γίνηται οὐ πάσῃ δὲ μᾶλλον προσήκων τὴν διαμόρσον καθαιρόντων διὰ καδμείας ἢ λαδάνου ἢ μολυβδαίνης, hoc eſt:
quod ſi mundum fuerit hulcus,lauare ac nutrire crebrius expedit,& vinum exhibere vt incarnatio
velociter fiat:loco autem peſſarij medicamentum ex cadmia vel ladano vel plumbagine in dia
moro dilutum exhibeatur.Andernacus peſſi loco apponatur medicamentū diamoron hoc eſt ex mo Err.Ander.
ris dilutum cadmia,vel ladano,vel plumbagine,& ſtatim.

¶ Emplaſtrum nullam cicatricem inducens imponendum.) Grauiſſimus error pro ἀπουλωτικὸν.i.qđ cicatricem inducat,vertit,nullam cicatricem inducens. 414

EX CAP. LXVII.

¶ In his vtiq; tumor circa hyſteræ oſtium durus.) Græca voce vti maluit q̄ latina græce ὄγκος ideſt vteri, & infra. 415

¶ Vlcera magna ex parte quidem ſordida,ponderoſa & albicantia.) Græce ἐγκύστη.i. tumentia, interpres tranſtulit,ponderoſa,& infra. 416

¶ Alimenta porrò rite beneq; diſpoſita exhibenda.) Græce τροφὰς δὲ ὠφελιμωτάτους θετέον.i.exhibeantur cibi qui facile diſtribuantur,& ibidem. 417

¶ Verbi cauſa pauciſſimum aquoſum.) Mendoſe in codice impreſſo οἷον ὀλίγιστον ὑδατῶδες, vetus exemplar.οἶνον,i.& paululum vini aquoſi. 418

EX CAP. LXXI.

¶ Quidam vero amida quoq; adhibuerunt è lotio veteri ſiue oleruleo.) Græce τινὲς δὲ καὶ ἀμίδα πρὸς νίτρον οὖρον παλαιὸν ἢ ὀξυκρᾶτος.i.quidam & matulam lotij antiqui vel ſimi adhibuerunt. 419

EX CAP. LXXII.

¶ Pura amiſſionem liberorq; triſtem ſcytalem,aduerſumq; aliquod nunciũ.) Græce οἷον ἀποβολὴς τέκνων ἀπαγγελτικὸν.i.veluti ex filiorum morte nunciata, & infra. 420

¶ Et deuſto poplites cum diuaricatis cruribus.) Inſignis error ex deprauata lectione impreſſi exemplaris καὶ κεκαμμένας τὰς ἰγνύας μετὰ τοῦ διεστῶτος τὰ σκέλη.Lego in antiquo exemplari κεκαμμένους.i.ſiccosq; poplites cum diuaricatis cruribus, & ibidem. 421

¶ Dum ſolidus & integer in ſinu tumor exciterur.) Græce ἕως ἂν ὅλος ὁ ὄγκος ὁ τῷ κόλπῳ γένηται ideſt donec totus tumor ſit intra ſinum,& infra. 422

¶ Mulier in vinum atrum & auſterum deſcendat.) Improprie pro ἐγκαθίζετω.i.inſideat,vertit,deſcendat.Non.n.balneo ex vino vtendum eſt, ſed inſeſſionibus ſiue encharismaris. 423

EX CAP. LXXIIII.

¶ Priuatim vero mulieribus confert vuluam magna induſtria conſulto q; aggredi & abſq; vllo impedimento moliri euacuationem.) Non video quem ſenſum ex his latine legentes poſſint colligere:nec ſcio quid ſit vterum magna induſtria & conſulto aggredi:græce ἰδίᾳ τε τὰς γυναῖκας κάλλιστα ἐπὶ τὴν κατὰ τὴν ὑστέραν ὠφελείαν καὶ τὴν ἔμμηνον ἀπεργασίαν ἐπιβαδὸν γίνεσθαι κέκτηται.i. priuatim vero fœminis vtile eſt q̄ maxime curã habere vteri,& menſtruale purgationẽ mediocriter ac ſine impedimẽto fieri, & ifra. 424

¶ Hyſteram cõtra aridiorem.) Græcã dictionẽ viurpauit,latinius dixiſſet,vterum,& ibidem. 425

¶ Artemiſia videlicet monizа & nepeta.) Legendum ex veteri codice καυῖζα.i.conyza. 426

EX CAP. LXXV.

¶ Præterea & ſinus indicantur ſtillicidio,rupturæ namq; in corona oſtij ſpeculantur.) ἐλέγχονται δὲ τοῦ κόλπου διαστάλιγμοὶ καὶ ῥῆξεις κύκλῳ τοῦ στομίου διαφοῦντα.i.deprehenduntur vero ſinu ipſo aperto: conſpiciuntur etenim ſciſſiones in circulo oris vteri,& infra. 427

¶ Vlculculis vero pereuntibus euaneſcentibusq;). Vitiũ codicis impreſſi decepit interpretem. pro ἀπολειόντων tranſtulit euaneſcentibus. Vetus exemplar ἀπουλωθέντων.i.hulceribus vero ad cicatricẽ perductis,& infra. 428

Ex. Ander. ¶ In relaxationibus vero fluxus doleæ vacans ſubliuidus & ſtrangulo ſus.) Mendoſe in codice formulis excuſo habetur σφαγώδη.i.ſtrangulo ſus exemplar ſcriptum:ἰσχνώδη.i.ſæcoſus Andemacus vertit:& contumax. 429

EX CAP. LXXVI.

¶ Aut dolorem immenſum aut dilã hulcus.) Error grauiſſimus. Nam pro ἢ ἕλκωσι.i.vel propter timorem:tranſtulit magno errore,aut dilam hulcus, & infra. 430

¶ Eſt.n.enimuero naturale fœtus in lucem edendi ſchema.) Græce κατὰ φύσιν μὲν γάρ ἐστι τοῖς πικτομένοις σχῆμα πρῶτον μὲν τὸ ἐπὶ κεφαλὴν παρακεκυμένον τῇ χορδῇ τοῖς μηροῖς.i.naturalis etenim naſcentibus figura eſt primum quidem in caput manibusq; in fœmora extenſis,& infra. 431

¶ A baineis quoq; chalaſmos ſuſcipe.) Græce χαλασμοὺς.i.medicamenta quæ relaxent, & infra. 432

EX CAP. LXXVII.

¶ Arqui per morbi inſultos quos paroxiſmos dicunt iſtac irrigatione vtendum:ſumito cyprini cyathos octo,aceti cyathos quatuor,nitri cyathos duos,hordei cyathum vnum.) Pro κάχρυος .i.ſeminis roris marini vertit,hordei,& ibidem. 433

¶ Et hordeo & baccis lauri.) καὶ κάχρυος καὶ δαφνίδων, ideſt ſemine roriſmarini,& baccis lauri,& infra. 434

δακτύλιον περίνεων Taurus ¶ Oportet autem in his dactyliũ hoc eſt eam partem quæ teſticulos ſepti modo interiacet quam taurum vocant fouere.) Græce δεῖ τὸν δακτύλιον ἐπιτηρεῖν, ideſt oportet autem & orbem anum fouere. Cætera de ſuo addit interpres. Taurus enim περίνεως græcis dicitur, non δακτύλιος, & infra. 435

¶ Poſt

436 ¶ Post lauacrũ σκαμπίσυς aridę vncias tres.) Mędoſe in codice impſſo legit μετὰ τὸ λουτρὸν ὑπαποσίδω σκαμπίσυς ξηρὲς ſ.ſ. fecitq; id vitiũ vt græcam dictionẽ mendoſiſſima græce relinqueret interpres. Legendum tamen ex vero ſenſu & antiquo exemplari ὑπαποσίδωσιν πίσυς ξηρὲς. i. poſt lauacrum vero inſpargantur picis aridæ vnciæ tres.

EX CAP. LXXVIII.

437 ¶ Afficiuntur itaq; per conſenſum eriam proæreta.) Non erat cur græcam vocem vſurparet, latinus. n. dixiſſet: atq; per conſenſum eriam afficiuntur nerui quibus voluntarius motus perficit. Ander. Err. Ander.
ſed afficiuntur iiſdem nerui, tamen lege conſortij quod cum articulis ineunt, & infra.

438 ¶ In morbi ſtatim exordio plerunq; labor immenſus: atq; inambulationes excipiunt rigidæ & vehementes.) Græce κατοχεῖται δὲ τοῦ παθους ὰς τὸ πολὺ κόπος ἀμέτρος καὶ περίπατοι σώπυροι. i. vt plurimum vero hic morbus inchoatur ex immenſo labore aut inambulationibus vehementibus, & infra in curatiõe fluxus ex bilioſo humore.

439 ¶ Vel panẽ immitte & quo molleſcat roſaceo calfacito.) Græce ἢ ἄρτον τὸ ὑπὸ ἐκπίθαλλε καὶ μαλάξας παρέπιθυ ῥοδίνῳ. Omittit verba τὸ ἐντὸς & ridiculo ſenſu pro παρέπιθυ reddit, calfacito. Dicendũ erat: & medullã panis injice & ſubactã excipe roſaceo, & infra in cura fluxus ex humore ſanguineo.

440 ¶ Et conyza & trixago & orthios.) καὶ κονύζα καὶ πόδιος ἀρᾶον ὀρθίος. i. conyza & verbenaca recta. Trixago. n. χαμαίδρυς græce dicitur, & πόδιος ἀρᾶον latine verbenaca quæ duplex eſt authore Dioſco. lib. iiij. altera quæ ὀρθίος. i. recta dicitur: & altera ὕπτιος. i. ſupina. quarum primam ad fluxus articulares pituitoſos probat Paulus hoc loco, & ſtatim.

441 ¶ Farinæ fœnogræci medimnos tres, lolleaceæ medimnum vnum, ſarinę ciceriũ medimnum vnũ.) Græce μέ. i. partes, & ibidem.

442 ¶ Vel oũ farinæ tenuiſſimo floſculo vſq; ad laniationem.) Deprauate in codice impſſo ἕως ἀμύξεως. Vetus exẽplar ἕως συμμίξεως. i. donec ſimul miſceanſ. Ander. ad vellica tũ vſq; ſuffricti, & infra. Err. Ander.

443 ¶ Loti vero nitriq; & alijs vtanſ ramentis.) Græce λουόμενοι δὲ ποῖς νίτροις καὶ ποῖς ἄλλοις μοχθῶσιν ἀπὸ τρίμματος. i. poſt lauacrum vero, ex nitro & alijs abſterſionibus vtantur, & ſtatim.

444 ¶ Atq; dilutum perpetuo bibant.) Græce ὕδατος. i. vinum aquoſum. & infra.

445 ¶ Poma pro virili res puentes.) Græce ἀπεχομένους ὰς οἷόν τε ὀπώρων. i. à fugacibus fructibus quoad poſſint abſtinentes id. n. græcis eſt ὀπώρα, & infra. ὀπώρα

446 ¶ Atq; eam quæ refertur ad Proclum quæ ſit ex allio.) Deceptus ſimilitudine vocum pro διὰ τοῦ σκορόδου. i. & eam quæ ex paluſtri trixagine fit: vertit quæ ſit ex allio, & infra de toſis.

447 ¶ Interdum quidem ex craſſo & terreſtri inhærente & illic per ſe ingruente tabefacto ſq; humore.) In Paulo nihil eſt quod dictioni, tabefacto, reddi poſſit, & infra.

448 ¶ Separatos humores diſſipare atq; diſtrahere creditur.) Græce τοὺς ἀποληφθέντας ὄγκους διαφορῆσαι πλὴν ἕστωσι. i. & remanentes tumores diſſipare creditur, & infra de cuitanda podagra.

449 ¶ Et alimentis rite diſpoſitis.) Græce καὶ τροφαῖς ὑγιεινοῖς τοῖς. i. & alimẽtis quæ facile diſtribuantur.

EX CAP. LXXIX.

450 ¶ Vel alia in oleo frigito.) Impreſſor: hæc culpa. lege, vel allia in oleo frigito. græce ἢ σκόρδια ἐν ἐλαίῳ φρίξασ, & infra inſcriptione, marcellinum ad chimetla.

451 ¶ Sed in chimetlis exulceratis thuris ſciſſilis.) Græce ὧν δὲ ἐν χυμέτλαν λελεάνου ῥηγνῦ. i. in pernionibus aũt exulceratis, thuris, aluminis ſciſſilis, & infra aduerſus calcanei rimas.

452 ¶ Sumito calcis viuæ drach. decem, ceruſſæ drach. viginti aut triginta, porcinę pinguedinis recẽtis vncias ſeptem.) ἀσβέστου ζώσης. ⊀. ι. ὑπομυείου. ⊀. κ. κηροῦ. ⊀. κ. ὑ. λ. χοιρείας πιμελῆς πεφθέντου ſ. ζ. hoc eſt calcis viuæ drach. decem. ceruſſæ drach. viginti, ceræ drach. viginti aut triginta, pinguedinis ſuillæ recentis vncias ſeptem.

EX CAP. LXXX.

453 ¶ Papauer nigrum cum vrina aphrthori.) Græce σὺν οὔρῳ ἀφρίζοντι. i. cum vrina pueri venerem nõ experti. Andernacus eum vrina pueri impuberis, & infra.

454 ¶ Cum ſtactes cinere, vel lotio aphrthori.) Græce σὺν στακτῇ κονίᾳ ἢ οὔρῳ ἀφρίζοντι. i. cum lixiuia, aut vrina pueri venerem non experti. Andernacus: vel vrina pueri impuberis. Err. Ander.

EX CAP. LXXXI.

455 ¶ Splenio cum emplaſtro vino antę irrigans atq; conſpergens.) Græce καὶ χρῶ διὰ σπληνίου πεμπτικῶ πεσσὸ οἴνῳ. i. & vtere in faſcia: prius irrigata parte ex vino. vt ſit ſenſus: ſ. dictum medicamentum faſcia extenſum, loco prius ex vino irrigato imponendum eſſe. Sunt. n. σπλήνια. i. ſplenia, faſciolæ in lõgitudinẽ magis q; in latitudinem extenſæ, in quibus vnguenta & emplaſtra extenduntur, & ſtatim.

456 ¶ Soreos drachmæ duæ.) Græce σώρειος κε. ⊀. β. ideſt ſoreos cõbuſte drach. duę, vetus exẽplar ex ſius habet κεκαυμένης. Quã dictionẽ nõ debuerat omittere interpres, ad ſenſum alioq; maxime neceſſariã.

Finis annotationum tertij libri.

EX LIB. IIII.

EX CAP. PRIMO.

Tra ſiquidem bile in qua hic morbus conſiſtit, maxime bifariam pro- 1
uenit: aut. n. ā melancholico fæculēto q̄ ſanguine, ac veluti ſangui-
nis limo: aut ē flaua bile & quidem vtriſq; neglectis ortum habet.

¶ Eſt in humanis corporibus humor melancholicus aut naturaliter quidem ex fęce ſanguinis: quem alimenta quædam natura ſua multi-plicant veluti caro bubula, caprina, hircina, ſed maxime aſinorū came-lorumq́: cames item vulpinæ & caninæ: nam & his nōnulli veſcūtur: piſcium etiam omne cetaceorum genus, ex oleribus braſſica ferè ſola: le-guminum vero omnium maxime lentes, panis item cibarius (quē græ-ci αὐτόπυρον vocant) & vina craſſa & nigra. Non naturaliter vero, ex ſan-guine aut flaua bile ſupra modum cremaris multiplicatur humor me-lancholicus, quæ Paulus hac in parte his verbis docuit καὶ γὰρ μελαίνης χολῆς ἐφ' ἧς τὸ παῦρο τοῦτο σωίσε-ται δι' ἃ ἴσχουσις τὴν γένεσιν ἡ μὲν γὰρ ἐκ τοῦ μελαγχολικοῦ καὶ τρυγώδους καὶ οἷον ἰλύος τοῦ αἵματος ἡ ἀπὸ τῆς ξανθῆς χολῆς ἀμφαίνει ὑπεπεφθαμένον γίνεται. i. Atra bilis ex qua hic morbus habet originem bifariam gignitur: aut. n. ex melancholica & fęcoſa ſanguinis parte: quæ veluti cœnum eius eſt: aut ex flaua bile, cum hi ſ. humores ſupra modum aſſantur. Interpres pro ὑπεπεφθαμένον. i. ſupra modū crematis incerto q̄dem aut nullo ſenſu traduxit, neglectis, & infra.

¶ Altera (ſi negligat) illa videlicet ē flaua bile parit.) Græce ἡ ὀξεῖα ἡ ἀπὸ τῆς ξανθῆς χολῆς ὑπεπεφθαμένης 2
γινομένη. i. fecunda quæ ex flaua bile ſupra modum aſſa fit: vt ſit ſenſus: elephātiaſim quæ ex priori humoris melancholici ſpetie fit, mitiorem quidem eē & minus periculoſam: alteram vero in qua totum exulceratur & extremæ partes decidunt ex fecūda humoris melancholici ſpetie fieri, & ſtatim.

¶ Neq; in immenſum dolor ſurgit.) μήτε μὴν πόνος ὀχέους ὧπλῆσθαι ἐπανίσταται. i. neq; tumor admodū 3
exurgit, & infra.

¶ Vel ſcillæ circiter drach. gnq; i aqua mulſa aut melle per ſe inſtar luctus exhibeto.) Librarioꝝ hęc 4
culpa: lege, inſtar linctus: græce τρίβειν ὀλίγιστον, & infra de victus rōne quę in elephantiaſi conuenit.

¶ Perungatur adipe ſufficiente vel vulpino.) Manifeſtus lapſus συγχρίεσθαι σίκτι ἀρκείῳ ἢ ἀλωπεκείῳ. i. 5
inūgatur vrſino adipe vel vulpino, & ibidem.

¶ A quo pingui & tepida aqua euomat.) Addit interpres verba illa: pingui & tepida: græce μέσου πίων 6
ὕδατος ἐπιμάτου. i. poſt quod bibat aquam & euomat, & infra.

¶ Salſamentū vetus perinde atq; medicamentum mœra.) Grauis hallucinatio: nullum. n. medica- 7
mentū eſt quod mœra dicat. græce πύριχα παλαιὰν οὐ σὲ φαρμάκου μοίρᾳ. i. ſalſamentum antiquū, vt me-dicamentum etiam prodeſt. hoc ſenſu: ſalſamentum antiquum non ſolum his eſſe vtile tanquam ci-bus: verum & tanquam medicamentum, & infra.

¶ Vel vtendum erit ſapone aut myrobolano & nūquam pſilotris.) Lego nōnunquam: græce enim 8
καὶ ποτὲ, & infra.

¶ Lentisq; ſyluestris ſolijs aridis cum aceto leuigatum ac illitum.) Error manifeſtus, in Paulo συκῆς 9
ἀγρίας. i. ſyluestris ficus: nec tamen ſine ratione omnino legerer aliquis σικύας. i. cucumeris: quod tamen vt incompertum in medium relinquimus, & ſtatim.

¶ Atq; etiam illud quod conſtat ex ſepiæ teſta ceratio.) Pro κε. i. cremata: vertit, ceratio. Codex ſcri- 10
ptus κεκαυμένης, & infra.

¶ Sulphuris apyri drachmas octo.) Græce θείου ἄπυρου. ⊰. ideſt ſulphuris ignem nō experti drach 11
mas octo, & infra.

¶ Cochlearium teſtarum vnciæ quatuor.) κοχλιῶν ὀστράκων κε. ſ. δ. i. cochlearum teſtarum combuſta 12
rum vnciæ quatuor, & infra.

¶ Et à mortalium cęterorum' vt dixi frequētia maxime vacantibus tabe illa affectis eſt habitandū.) 13
Quin ſi quid poſſibile eſt etiam hinc tranſeant ad proxima loca.) Diſiunxit interpres quod ſuperio-ribus erat annectendum. græce καὶ ὀλιγανθρώπους χωρίους ἔπειτα οἱ ἀνὴρ κατοικίσει δὴ μετοικήσασιν ἐς τοὺς πα-ρακειμένους. i. & locis quibus eſt hominum infrequentia ſi poſſibile fuerit à quibus poſtea ad proxima loca tranſeant, Ander. vbi pauci homines verſentur. Sicq; fieri poterit inde rurſus ad confinia.

EX CAP. II.

¶ Vua arida ſyluestris quam σταφὶν ἀγρίαν vocant græce.) In Paulo nihil eſt quod dictioni, arida, 14
reſpondeat, & ibidem.

¶ Fimus

14 ¶Fimus ouillus.) Græce ὠγμὰς κάπρος.i.fimus caprinus, & ſtatim.

15 ¶Rhododaphnes teneriora folia in olei ſeſta vna decoquito,tantiſper dum areſiant.)Græce ἕως φρυγῶσι.i.donec ſint fricta,& ibidem.

16 ¶Ceræ vnciam vnam.) Græce κηροῦ τρεκτοῦ ϛ.γ.ideſt,cerę albę vncias tres. Nec ſcio cur omiſerit dictionem τρεκτοῦ.i.albę,quę in cunctis exemplaribus reperiſ,eſt.n.græcis τρεκτὸν cera quę facta eſt alba,Ander.cerę tractæ vncias tres. τρεκτὸν

EX CAP. III.

Auicenna· ſinthij aut lupinoꝝ decocto leuigata,cum qua lectione Auicen.conſentit. z i·3.r.iij·ca·xxviij· ¶ Et lxxii
cap.lxij, σωιχὸς δὲ καὶ ὧν ἀμβλύσιν ἐχυρᾶς ὠμαρᾶς ἀγωγόν.i.ſæpius ēt in aborſu accidit vehemens ſan/
Err·Ander. guinis profluuiū.Quæ tñ ſenſu penitus diuerſo tranſtulit Ander. his verbis:crebro aūt hebetudinis
ἀμβλώσις veſſicæ cauſa vehemēti laborant profluuio:eſt tñ ἀμβλώσις apud Theoph·morbus.i.excæcatio ocu/
log in vitibus,quod vocabulum ēt ὧν γωικῶν dicit ἀμβλισκουσῶν vt annotauit Budeus in cōmenta/
Err.ander· rijs. ¶ Ibidē ēt græce legimus βλαυσὸν ἀκκὶς ὑποκισίδα κνικίδα βραχὺ συπερίου hæc Anderna.in hūc lxxiii
Dioſco. modū interpretaſ,balauſtium,acatiā,hypociſtidem,gallam,brathy,alumen,legit ſanē κνικίδα βραχὺ re/
clamante vero ſenſu.Conſtat.n.authore Dioſcoride brathy quæ ſabina herba eſt, contrarijs penitus
viribus,emortuos fœtus expellere menſtruaq; prouocare·Nos cōmunem lectionem ſecuti vertēdum
eſſe credimus:balauſtium,acaciam,hypociſtidem,gallæ parum,& alumen. ¶ Capite item. lxiij. οὐχ lxxiiij
ἥκιστα δὲ καὶ ἐξ ἀμβλώσιος.i.atq; etiam ex aborſu.Andernacus tranſtulit:adeoq; ex imbecillitate.¶ Et in lxxv
fine eiuſdem capitis legiē ποικιλοτέρα καὶ ἀδρομερέστερα χρόνιον τροφῆ.i.vario magis ac pleniore cibo vtantur, lxxvj
Err.ander, Andernacus dixit:varius magis cibus & leuior vtilis erit.Albanus item Torinus;& exquiſitioris: de/
ἀδρομερέστερα nię;delicatioris ſq; cibi vſus,magnopere in hoc modo commendatur,eſt tamen τροφὴ ἀδρομερέστερα cibus z z
maiori copia vt in prioribus caſtigationibus libro ſecundo annotauimus.
¶ Capite etiam.lxvj. καθαρῶ δὲ ὄντος ὑγροῦ ὀλίγου ὀμαλὸν ἄσυμον πεχὺ λευκὸν ὀσωδέστατον.i. ſi hulcus fuerit lxxvij
mundum humor excernitur paucus æqualis,expers odoris,craſſus,& cum facilitate Andernacus ver/
Err.Ander, ba. ὑπὸ ὀσωδεστάτου:ideſt cum facilitate,interpretatur:ob exquiſitum loci ſenſum·Quæ verba quē ſen/
ſum habere poſſint non video.

EX CAP. LXVIII.

z2 ¶ Peculiariter vero huic negotio quadrat cataplasma ex fece officinarū fabriliū quæ assata leuigat-
Obscurus & ridiculus sensus grece ἰδίως δὲ συμπαθοῦνται τὸ διὰ τῆς ὑποκαύμης τῆς ἐφ' τοῖς χαλκίοις ἐπιπο
πῆσθαι καπνοειδὲς τοῦτο. Proprie autē laudatur ab omnibus cataplasma ex amurca ab æneo vase collecta: ὑποκαύμη
hæc nos sensu nō fallimur accommodatorie interpretamur. Est n. in græca medicina ὑποκαύμη sedimen ἀμόργη
tum sed proprie expissæ olivæ quod ἀμόργην etiam dicit, & latinis amurca: quæ in æneo vase prefertim
cyprio ad crassitudinem melis decocta pro Lycio valet, fœminarti; locis, exulceratis confert authore
Dioscoride. lib. j. cap. cxix. Confirmante id expressius Auicen. z 1. 3. t. iiij. cap. xv. & ceratū (inquit) factū Dioscor.
ex fece olei & dimissi in vase æris vt sumat de flore eius parum. Erat igitur in totū vertendum: Proprie Auicenna.
autē conuenit ceratum ex amurca quæ ab æneo vase sit quæ decocta leuigatur. Videant peritiores an
Dioscoridem insequendo: amurca in æneo vase decoqui debeat: an solū de amurca in æneo vase de-
lxvij. missa intelligenda hoc sit: quod ex Auicen. colligitur. errauit hic & Andernac. vertens proprie vero Err. Ander.
lxix. cōuenit pparatum ex sedimento officinarū fabrilium quod tostum leuigat. ¶ Labitur & inferius. An-
der. pro verbis καὶ περὶ δὲ κρόκου καὶ γυναικείου γάλακτος καὶ ὑποῦ μίκωνος καὶ ὑοσκύαμου. i. Pessuli fiant ex cro-
co, lacte mulebri, succo papaueris & hyssopo. ille transfert: ad hæc pessuli ex croco, mulebri lacte, la-
chryma papaueris, & hyssopi succo, addit de suo dictionem illam, succo.

EX CAP. LXVIII.

z3 ¶ Comitat autē hæc declinatio ad cōtraria & opposita.) Græce παρὰ πτῶσι δὲ τοῦτοις παρέγκλησις τὸ ἀπ'
πκόμενα. i. accidit ēt in his & vteri declinatio in cōtrariū. Est n. pprie παρέγκλησις vteri declinatio Pau-
lxx lo & Gale. peccauit, & in hoc loco Ander. transferens: superuenit in aduersum declinatio. Err. Ander.

EX CAP. LXIX.

z4 ¶ Sed aquosas parenchyses per ea quæ de hyderis dicta sunt.) Non erat cur græcis dictionibus vte-
rē interpres græce τὰς δὲ ὑδερικὰς παρεγχύσεις διὰ τῶν εἰρημένων λεκτέον. i. suffusiones autē hydropi
lxxij. similes curamus, remedijs in capite de aqua intercute dictis. ¶ Sequitē ēt statim in Paulo τὰς δὲ ἀμορρέ-
γίας ὡσαύτως πάσας ἀμυσόμεθα κατὰ τὰς ῥύσεις. i. eruptiones autē sanguinis sicut & profluuium sanguinis & mulie
brem fluorem: vt sensus sit: sanguinis eruptionē quę in habentibus molā accidit curandam esse ijs re-
medijs quibus profluuiū sanguinis ab vtero & fluor mulebris. De quibus supra cap. lxij. & lxiij. hæc
insigni errore legimus in translatione Andernaci: sanguinis q; exitum leuem, qui hęmorrhois dicitur,
sicut eiusdem cū impetu effusionem quā hæmorrhagiam nuncupant fluorem q; mulebrem curabi-
mus. Nec scio quid venerit in mentem Andernaco, vt prędicta Pauli verba magno exemplanū om- Err. Ander.
nium consensu recepta, tam contrario sensu interpretaretur.

EX CAP. LXX.

z5 ¶ Inflatur vterus frigiditate aut corruptione.) Græce ἐμπνεύματοῦται ἢ μήτρα ἐμπνεῦσις ἢ φθορᾶς. i. infla φθορὰ
tur vterus ex frigore aut corruptione factus, id. n. φθορὰ proprie significat, grauius tñ hoc loco labitur
lxxxij Ander. qui transtulit: inflatę vulua ex frigore, vel humoribus in ea corruptis. ¶ Ibidē ēt Ander. errore Err. Ander.
maximo pro verbis πρὸ δὲ τοῦ τῶν κρωμάτων τοῦ τῆς μήτρας σώματος. i. aliās ēt in raritatibus corporis ip-
lxxxij. sius vteri, transtulit: aliās vteri corpore rarefacto. ¶ Ēt statim sequit in Paulo ὅλε ἔπεται ὄγκος τοῦ πέους,
καὶ τοῦ ὑπογαστρίου μετὰ σκληρίας καὶ πόνου νυμκτώδους. i. accidit his etiam tumor pubis & imi ventris cū
lxxxiij. duricie & dolore pulsatili. Ander. dixit: tumor pubis & imi vētris comitatur cū dolore pulsatili. Omit Err. ander.
tens verba illa μετὰ σκληρίας. i. cum duricie, & infra.

z6 ¶ Cataplasmaris item quæ ex seminibus apio, cymino, fœniculo, anisō, ameos, hordeacea farina cō
texuntur.) Pro ὡρίνου ἀλεύρου. i. loleacea farina legit interpres germanicus κριθίνου. i. hordeacea, qui error
quam sit grauis indicent legentes. ¶ Et infra in hoc capite μάλιστα δὲ ῥᾶστοις κεχυμένοις λυπαροῖς κικερ-
lxxxv μίνου. <. α. i. maxime vero confert, ficuum pinguium contusarū drachma vna, Andernacus transfert: Err. Ander.
Maxime vero hic conducet ficuum siccatarum contusarum.

EX CAP. LXXVI.

z7 ¶ Et chorion apertū tollito aut digitis aut polycopio spathio cōmisto, in ipsis læua manu præceden-
te.) Obscurus sensus & à quo nullus sensus colligi potest græce mendose (vt cōiecturam facio) in co-
dice impressō habetur καὶ χόριον ἀνασυμμένον διαφορᾶ τοῖς δακτύλοις ἢ πολυκόπῳ σπαθίῳ κεκραμμένῳ τοῦ αὐ
τοῦ πρὸ τοῦμένος τῆς κρὸς χεῖρος. Legendum ex veruſto exemplari pręceptoris mei Pinciani ἀποσυμβύμε
νον. i. Secundas autem clausas diuidere oportet digitis aut ferramento quod polycopon vocatur in ip- Auicenna.
sis digitis occultato: prædcente sinistra manu. Stat à nobis præter conciniorem sensum, Auicenna
z 1. 3. t. ij. cap. xxiij. his verbis: quum q; apparet secundina, scitur quod fœtus appropinquat, & si non
lxxxvi scinditur propter grossitiem suam, oportet tunc vt scindatur vnguibus, aut instrumento nominato Err. Ander.
lingua assumpto inter duos digitos cum facilitate. Errauit & hic Andernacus transferens: & secundas
adapertas diuidere, aut digitis, aut ferramento (quod πολυκόπιον vocant) in ipsis occultato, sinistra
manu præcedente.

EX CAP. LXXVII.

¶ Conferunt ēt confectiones ẽ ſtactæ & nitro cōtextæ: græce χύσμοι δὲ καὶ αἱ διὰ σάκτης καὶ νίτρου σκιβαλ- 28
ζόμεναι.i.vtilia ēt ſunt emplaſtra ex cinere lixiuio qui primus deſtillauerit & ex nitro. grauius & hac in
Err.Ander. parte labitur Ander.q vertit vtilia vero ſunt quæ ex myrrha ſtillaticia & nitro preparantẽ. Decepit eū lxxvij.
σακτὴ σάγη Vocum ſimilitudo eſt.n.σακτὴ myrrhę pinguiſſimus flos à deſtillando quod græci σάγη dicūt Dioſco.
Dioſco. lib.j.ca.lxiij.eſt ēt σάκτη Paulo æginetæ lixiuiū quod deſtillauerit lib.vij.cap.xvij. in cōpoſitione διὰ
Paulus σάκτης ἰσχιαδικοῖς κἀρδιακοῖς οἰδήμασιν.i.emplaſtrum dia ſtactes hoc eſt ex cinere lixiuio ſtillaticio co
xendicum doloribus articularijs œdema referētibus vtile. Vbi in cōpoſitione illa pro σάκτης expreſſi/
us dixit κονίας πρωτοσάκτου.i.lixiuij qui primus deſtillauerit, vbi ēt deſcribitur emplaſtrum ẽ nitro.

EX CAP. LXXVIII.

¶ Nam ſi imbecillitate membrorū tādiu paroxyſmus perſiſtet quādiu imbecillitas in articulis qui 29
buſuis debilitaris ineſt.) ἐπεὶ ὧν ἕδρη τῶν παροξυσμῶν ἀδιαλύπτους εἶναι παρέσται καὶ ἐξ ἀσθενείας διαπαντὸς οὖσι
παρέχειν πάσι ἀσυνόδους πόρους.i.quatenus.n.infirmitas cōtinue infirmis articulis adeſt, indefinētes opor/
tet ēt doloris paroxyſmos eſſe. Eſt.n. ſenſus podagræ & arthritidis cām eſſe, loci partumq; in quibus
ſit infirmitatem ſimul & alienū naturæ humorem: neutrūq; perſe ſatis eſſe. Si.n. loci & partiū infirmi/
πρὸς ὅσον tas ſatis eſſet, quatenus infirmitas cōtinue doloris paroxyſmos indefinētes excitaret. Eſt.n. græcis πρὸς
Err.Ander. ὅσον quatenus aut, ꝓpterea qđ, vt doctiſſime annotauit Budeus in cōmentarijs. Male igiſ vertit An- lxxvij
dernacus. Sic.n. acceſſiones ſine vllo temporis interuallo vrgerent, præcipue cum infirmitas imbecil/
libus articulis ſemper incumbat, & infra.

¶ Præcedente quidē in corpore & quiescente interim materia, procatarcticæ aūt ac euidentes admo 30
dum cāæ quæ hunc morbū cōmouent ſunt mœſticiæ, ſolicitudines, vigiliæ & reliquæ aliæ affectiones
non ſolum quodāmodo ſuſcitant vere prauum ēt humorem pariūt ſiue id primarie ſiue per accidēs.)
τῶν γινομένων μὲν ἐν τῷ σώματι καὶ πόνος ἐρεθισμὸς τῆς ὕλης τῆς δὲ προκαταρκτικῆς αἰτίας κινησάσης κἀὸν λύπαι δὲ
καὶ φροντίδες καὶ ἀγρυπνίαι καὶ τὰ λοιπὰ πάθη τῆς ψυχῆς οὐχ ὕπαιθρα μόνον ἐκίνησαν ἀλλὰ καὶ αὖται τὴν κακοχυμίαν
ἐγκινοῦσαν ἔτι πρώτιστα ἂν κατὰ συμβεβηκὸς.i.antecedente materia in corpore quę antea quieſcebat: quam
Err.Ander. tñ cauſa antecedens mouet. Mœrores aūt curę & vigiliæ, reliquęq; animę affectiones non ſolum pra- lxxviij.
uos humores mouent, verū & efficiunt, ſiue primario, ſiue ex accidēti. Q uę verba græcæ lectioni & ve
ro ſenſui quadrant manifeſte. Hunc locū non minus obſcure vertit Ander in hunc modum: ſic quidē
vt ēt tunc materia in corpore deſes ſcẽſerit, ſed euidens cā eam velut author proritarit. Mœrores aūt
curæ peruigilia & reliquæ animæ affectiones nō hanc modo ſuſcitarūt, ſed ipſę noxios quoq; ſuccos,
ſiue primario, ſiue ex accidenti procrearunt, & infra in curatione doloris artuū ex ſanguine pro verbis 31
ἐφ' οἷς δὲ ἡ πλησμονὴ χυμοὺς ἀμακτικοὺς ἔσεσθαι, φλεβοτομεῖν χρεὼν οὐ πανταχοῦ τοὺς μὲν ἁλλαχοῦ φλεγμαινόντας, καὶ
μελαγχολικῶν πόρων, transſert ſenſu penitus diuerſo. In quibus ſanguineus humor redūdat protinus ſan/
guis mitti debet, qui tñ in pituitoſis aut atra bile infectis detrahendus non eſt. Conſitat tñ græce erudi
οὐ μὲν ἀλλὰ tis οὐ μὲν ἀλλὰ cum negationis ſpēm præferat, tñ affirmationis vim habere, vt manifeſtis exemplis pro
bat Budeus, quare vertendū fuerat: in quibus vero humor ſanguineus redūdat, ſanguinis detractione
Err.Ander. indubitāter vtendum, enimuero id ēt & in quibus pituitoſus aut melancholicus humor. ¶ Quo lo- xcvi
co in tranſlatione Andernaci legimus: verę ſtatim cum quis morbū experiri cœperit, ſanguinis miſſio
erit tentanda, qui vero iam ſæpius huiuſcemodi defluxionibus ſunt cōflictati plus noxæ quam auxi/
lij ex ſanguinis detractione ſentiunt, in Paulo diuerſus eſt ſenſus: τῶν φλεβοτομίαν οὐ πανελλήβμεν οὗτος
κατὰ τὴν πρώτην τοῦ νοσήματος κατάκαιρον ὅς ἤδη σφόδρα πεπολλάκις ῥεύματα πεπίωκε βαλάττιόντα μέλαιναν ὑπὸ
τῆς τοῦ αἵματος κακοχυμίας ἢ περ ὠφελοῦντα.i.ſtatim igitur circa primā morbi aggreſſionē venā ſecabimus
vt præoccupemus humoris fluxum: alioqui lędunt magis ex ſanguinis euacuatione q̄ iuuantur.

¶ Ibidēq; græce habetur καὶ ὧδ' ἴ'ἄλλων σκιβαλίζομένων ἢ πηλώσεων ἢ πᾶν διὰ σάκτης καὶ νίτρου.i.emplaſtra ex ſale
Err.Ander. confecta aut lixiuio aut nitro. Ander.errore paulo ante annotato vertit: itē emplaſtra ex ſale ꝑparata xcj
vel ex myrrha ſtillaticia ſtacten dicunt & nitro, & infra de his quos fluxus ſanguineus infeſtat.

¶ Vnà cū ſanguinis à principio morbi detractiōe.) Græce μετὰ τὴν τοῦ αἵματος ἀφ' ἀρχῆς τῆς νόσου κένω/ 32
Err.ander. σιν.i.poſt ſanguinis in principio morbi detractionē. Ander. maiori lapſu dixit poſt prima morbi rudi/ xcij
menta ſanguis ſtatim detrahendus eſt. ¶ Qui & ibidē obſcure pro καὶ ἓξῆς.i.& rhus coriariū q̄d bar- xciij
bari ſumach appellant) vertit: & bacce rhois. ¶ Ēt ſtatim pro καὶ ὧδ' ἀλλήλων κυλίσους.ß.ideſt: & ouorū xciiij
crudorum duobus luteis: tranſtulit diuerſo nimium ſenſu: & ouorum crudorum lecythos duos, & in/
fra de calculoſis articulorum duriciebus.

¶ Diſſiciunt aūt & arefaciunt nitrū, ſalia, ſtacte.) Græce διαφορεῖ τε καὶ ξηραίνει νίτρον τε καὶ ἅλας τὴ σακτὴ 33
Err.Ander. .i. Diſcutiunt autem & exiccant nitrum, ſal, lixiuium ſtillaticium. Andernacus maiori errore dixit: Di xcv
gerunt autem & reſiccant, nitrum, ſal, myrrha ſtillaticia, & ibidem.

¶ Sed ea quæ ſunt ē ſtacte prædicta.) τὰ διὰ σάκτης ἠρημένα.i. quę ex ſtillaticia lixiuia diximus. Libro 34
ſiquidem. vij. c. xvij. ponunt emplaſtra διὰ σάκτης.i. ex lixiuia ſtillaticia & dia nitra. i. ex nitro & diaha/
lon. i. ex ſale & diapternes. i. ex perna, & diacinnabareos. i. ex cinnabari: omnia ad tophos artuumq; du xcvj
Err.Ander. rcies, Andernacus grauius labiſ qui vertit: item quę ex ſtillatic ia myrrha confiunt, & ſtatim.

35 ¶ Terebenthinæ protostactæ.) Græce περιβινθίνης πρωτοστάκτου. i. terebinthinæ, lixiuij quod primũ de-
xcvij ſtillauerit, id. n. cẽ protoſtactũ ſuperius annotauimus. Ander. inſigni errore dixit myrrhæ quæ prima Err. ander.
ſua ſponte ſtillauit. ¶ Qui ẽt & infra verba Pauli ὕστερον ποιῆ καὶ πρὸς συέρεγγασι καὶ αἰγίλωπασι. i. aliud qđ
xcviij ad fiſtulas facit & ægilopas, tranſfert. Aliud proficit ẽt ad fiſtulas & aculeos legit nimirũ σκόλοπας pro
xcix αἰγίλωπασι. ¶ Et ſtatim ὑπὸ τῶν λιβύης οὖρον καὶ τὸ ἔλαιον εἶος ἀμολωῦ τοῦ. i. argenti ſpuma & oleum coquãtur
donec nullum ex coctura recrementum ſepareſ. Ander. vertit: argenti ſpumą oleumq; tantiſper incoq- Err. ander.
tur dum manus non inquinet.

EX CAP. LXXXI.

36 ¶ Aſperſis prius ſtimmaris decoctione.) Græce σιμμάτων vetus codex σίμμιθος. i. aſperſis prius deco-
c cto ſtibij. Ander. neſcio quo ſenſu dixit: parte affecta ſpiſſamentoq; decocto prius deliburta. Err. Ander.

EX LIBRO QVARTO.

EX CAP. I.

1
Vt veluti quę dã alopa à cute abſcedit ac decidit.) Græce ὃ οἷον πνὰ ἀλὸ
πλω ἀπὸ τοῦ σώματος αὐτ ἀφίσκεσθαι. i. vel ceu vulpis pellem quandã ex cu-
2 te ipſoq; decidit: Ander. vel ceu ſcabiẽ quandã. ¶ Qui & infra pro ver-
bis Pauli ὕστερον δὲ περίοσις ἢ θηρίον. i. cũ autẽ viperaq; copia fuerit, trã-
ſtulit: cũ autẽ beſtiaq; copia datur, ſignificat. n. θηρία peculiari, & ppria ſi- θήρια
3 gnificatiõe viperas Galeno & cæteris medicinæ ſcriptoribus in frequẽ-
4 ti vſu. ¶ Et infra cap. xj. pro κηροῦ τρακτοῦ ſo. y. i. ceræ dealbatæ vncias Err. Ander.
tres: vertit Ander. ceræ tractæ vncias tres. ¶ Et infra cap. vij. pro καὶ ἐσ
ἀσβέσου. i. calcis viuæ interptaf: cineris li. ziuij calcis. Decepit vt opinor
Ander. Marcel. Virgi. lib. ij. ca. de ranũculo: vt in prioribus caſtigatio
5 nibus annotauimus. ¶ Et in ca. x. legimus in eadẽ trãſlatione. Priuſq;
igitur puſtulæ erumpant græce πρὶν μὲν οὖν ἐκραγῆναι τὰς φλυκτὼ ας. i. prius igit quã puſtulæ aperiant.
6 ¶ Et infra cap. xi. pro κηροῦ τρακτοῦ ſo. δ. i. ceræ dealbatæ pondo dodrante: tranſtulit: ceræ tractæ pondo
7 dodrantem. ¶ Et cap. xviij. in eadẽ traductione ſin vo. es magis intendere, græce mendoſe in vulgatis
exemplaribus legit ἐὰ δὲ ὑπόπτεται βουλιόδης μᾶλλον. In ſ. Gauconẽ ἐὰ δὲ καὶ ἐκρᾶναι. i. ſi qñ ve Gale.
ro vehementius exiccare voluerit. Quã ſcripſerit ἐὰ δὲ id quod ſequiſ cõmutat τροσχεῖν δὲ ἐκρᾶναι μᾶλλον
τὸ ἐκραίνεσθαι σφοδρῶς τρὸς σκιῥῶδες γίνεται καὶ τὸ μέγεθος. i. exquiſita autẽ diligentia attendendũ ne propter vehe-
8 mentẽ ariditatem membrũ obdureſcat. ¶ Et ſtatim legimus: talẽ ſiquãdo videris cucumis ſylueſtris
radicẽ, aut althęæ in Gal. pro verbis ἢ ἀλθαίαστ. i. aut althęæ, habeẽ ἢ ἀσπάραγον. i. aut aſari, cõmodiori: ni fal-
9 limur: ſenſu. ¶ Et infra in dionyſia: incoquunt donec manus non inquinet græce ἕως ἂν ἅψωνται. i.
10 incoquantur donec nullũ recrementũ per decoctionẽ ſecedat. ¶ Et cap. xxi. fietq; ceratũ cera tracta ro Err. ander.
11 facei quadruplo admixto græce κηροῦ τρακτοῦ. i. cera dealbata. ¶ Et infra: cærę tractę põdo triens græ-
12 ce κηροῦ τρακτοῦ τρίτον. i. ceræ dealbatæ pondo triens. ¶ Et ca. xxij. ſed ab his quæ digerunt ſtatim cura-
tionẽ incipere oſtilit. ¶ Et græce ἀπὸ δὲ τῶν διαφορούντων εὐθέως ἄρχεσθαι. i. ſed ab his quæ diſcutiunt, ſtatim
13 incipiendũ eſt. ¶ Et cap. xxv. in medicamento ad carbũculos: oleo cũ argenti ſpuma dum manus nõ
14 inquinet decoctio: græce ἕως ἀμολωῦ τοῦ. i. donec recrementũ per coctură non ſepareſ. ¶ Et cap. xxvj. in
medicamẽto ad carcinodes malignaq; vlcera: vel acoris ẽt ſimiliter inungito: græce ἢ ἄμφακος. i. aut ſuc
15 cus vuę acerbę. Albanus torinus: vel Omphacis vertit. ¶ Et ca. xxxij. quod ſi quis ea quę valẽter tra
ij hunt ỏ gerunt q; medicamenta: græce εἰ μὲν οὖν τὰς τὰ ἰσχυρῶς διαφορούντα. i. quod ſi quis ea quæ vehe-
16 menter diſcutiunt. ¶ Et cap. xxvij. ſed miſcendus eſt araneus, vitioſe legitur: in græco codice impſſo
17 κόκκυμι. Legendum ex vetuſto exemplari ἄκκυμι. i. tenuiſſimũ farinæ pollinem. ¶ Et ibidẽ: inueteratis Err. Ander.
hulceribus ecõtrario prodeſt hordeũ combuſtũ cum cerato, græce mendoſe habeẽ ὠφέλησι. i. econtra-
rio. Lego in antiquo codice ὠφέλησι. i. ad antiqua vero hulcerą cõducit anagallis cum cerato.

EX CAP. LIII.

iij ¶ Bonitate vero reliqua oía poſt ſe relinquũt ea quæ emplaſtri modo imponunt compoſita tũ ex reſi
na fricta.) Græce διάγε τῆς φρυκτῆς ῥητίνης. i. ex colophonia. Docuimus ſiquidẽ in his annotationibus
18 καλαζωνίαν & ῥητίνην φρυκτὴν idẽ eẽ græce medicinę ſcriptoribus. Ander. ex reſina fricta interptaf, & iſra.
iiij ¶ Reſina fricta vitis cortex.) Græce ῥητίνη φρυκτὴ ἀμπέλου φλοιός. i. colophonia vitis cortex. Anderna- Err. Ander.
19 cus: reſina fricta. ¶ Qui & ſtatim pro ὑπὸ δία ξηρὰ ἢ ὑγρὰ. i. aut ſimus aſininus ſiccus vel recens tranſtu-
lit: rononis ſicca vel humida, & infra.
v ¶ Reſinæ fricte drachmę octo.) Græce ῥητίνης φρυκτῆς ʒ. η. i. colophonię drachmę octo. Ander. reſi-
20 nę fricte interpretatur.

EX CAP. LIIII.

vj ¶ Emplaſtri vero inſtar remedium pręparans, in euphorbij vnciam vnã, cerę reſinę fricte.) Græce
21 ῥητίνης φρυκτῆς. i. colophonię. Andernacus eodem errore tranſtulit: reſinæ fricte.

EX LIBRO QVINTO.

Ex interpretatione Andernaci.

EX CAP. XIX.

Tenim venenum hoc quemadmodũ & baſilifci, bubuli lactis inſtar, ſanguinem in arterijs & ſpiritum coagulat.) In prioribus annotationibus abunde vt opinor mõſtrauimus mutilatum hũc locum legi in Paulo: quod occaſionem dedit erroris Andernaco, ideo ne de eadem re iterum agamus ad eum locum relegamus legentes. 1

EX CAP. XXXIII.

Dioſco. Aetius Auicenna.

¶ Quibus Salamãdra data eſt, eis lingua inflammatur, ſermo impeditur.) In Dioſco. Aetio, & Auicenna διαφοίασις ἐμποδίσμὸς. i. mens impeditur: quod & in prioribus caſtigationibus annotauimus. 2

EX CAP. XXXV.

¶ Leporis marini potũ, guſtus ſequiẽ piſcibus nõ abſimilis, viroſus.) Mendoſe in euulgaris codicibus legiẽ χῶσις ὁμοία ἰχθύος βρομώδης. In Dioſco. li. vj. ca. xxx. ἰχθύσι βρομώδεσιν. i. corruptis piſcibus ſimilis, viroſus, & infra. 3

Dioſco. Galen.

¶ Vel Peucedani radice concisa ex vino.) Vitioſe in codice impreſſo habetur πευκιδάνου: legendum κυκλαμίνου. i. cyclamini ex Dioſcoride & Galeno. 4

EX CAP. L.

Dioſco.

¶ Singultus crebros facit, linguę ſiccitatem.) Decepit interpretẽ vitiũ codicis typis excuſi γλῶτης πιχρότης ſego in Dioſc. vñ hæc excerpta eſſe nemo eſt q ambigat γλῶτης πι ὑγρότης. i. linguæ humiditatẽ. 5

EX CAP. LV.

Ad hæc oua gallinag elixa & impoſca pota.) In prioribus annotationibus ſuper trãſlationem Albani torini, reſtituimus iam difficilem hunc & dubium Pauli locum. 6

EX CAP. LVI.

Dioſco.

¶ Dentes crõſi.) Græce mẽdoſe habeẽ βιβρωμένοι legendũ ex codice antiquo, & Dioſco. βεβαμμένοι. i. infecti ſanguine. 7

EX CAP. LXV.

¶ Recentes pappi, qui flores ſunt ſpinæ quę eactos dicit, in quibus ſolus vomitus adhibitus laborãtes ſanitati reſtituit.) Truncę ſimul & depraua te legiẽ in græco codice impreſſo ἀεῖτε δὲ ἔνια ἀκάνθης τῆς καλουμένης κάκτου ἐφ' ὧν ἔμετος μόνος πεφαλκφθὰς ἀποκαθίσησι τοὺς λαβόντας, legendũ ex Dioſco. lib. vj. cap. 32. & Aetio li. viij. ca. πῶ. πῶς ἄξους. ἡ ξος ὡδὸς ὃς ἀκάνθης τῆς καλουμένης ἄξου, ἐφ' ὧν ἔμετος μόνος πεφαλκφθεὶς ἀποκαίσησι τοὺς λαβόντας. i. de axe. Axos flos eſt ſpinæ axos dictæ: ſolusq; vomitus ſanat eos q eũ ſumpſerũt. Nec eſt cur Marcellus Dioſcoridẽ emender ex Paulo, cõſentiente Aetio cũ Dioſcoride. 8

Dioſco. Aetius Err. Marce.

EX LIBRO ESXTO.

Ex tranſlatione Andernaci.

EX CAP. II.

Tparticulas indidẽ cõſortio ſuo infeſtante.) Græce ἡ λυποῦσα τῇ συμιχεῖα τὰ τῇ δι μόρια. i. & eas partes fluxu continuo lædente. 1

EX CAP. III.

¶ Capite à nutricibus parũ dextre preſſo.) ἀφυὼς ἐλιβομένης ὑπὸ τῶν μαιῶν τῆς κεφαλῆς. i. capite ab obſtetricibus imperite compreſſo, & infra. 2

ἐργαζόμενα ἐργασία κατεργασία πόγος

¶ Et ſanguine q emanat in alienã mutato ſubſtãtiã.) Græce καὶ ἐκ πόγου οὐσίας τοῦ ἐγχυθέντος ἄμικτος κατεβιβλημένου. i. & ſanguine qui effuſus eſt, in crudã ſubſtantiã cõuerſo. Verbũ. n. ἐργάζεσθαι inter cætera ſignificat, cõcoquere aut cõficere, vnde ἐργασμένη τροφὴ καὶ κατεργασμένη cibus confectus & ἐργασία τροφῆς καὶ κατεργασία cõcoctio alimenti. Inde ẽt πάτος κάτεργος locus excultus, cui opponitur πόγος. i. incultus aut nõ laboratus. Inde ẽt πόγος πόργυρος. ideſt ἀνέργασες argentũ infectum dicitur vt annotauit Budeus. Hac ẽt ſimilitudine πόγος χυμὸς dici arbitramur. i. crudus humor. Labitur & i hoc loco Bernardus felicianus vertens: cum in ſegnem quandam ſubſtantiam effuſus ſanguis conuertiſ. 3

¶ Qui & ſtatim pro verbis καπὸ ἐφαίσεσιν διεφθαμένης τῆς ὕλης. i. aut materia ob raritatem meatuum reſudante tranſtulit: ſiue ex rarefactione cum in aquam euadit materia, & infra. j ij

¶ Exigua

4 ¶ Exigua capitis parte digitis prementibus ſubſidens.) Græce διʼ ὀλίγου σώματος ὑπεπιπτων κατὰ τῶν ὑπεισιόντων τῷ δακτύλῳ.i. & digitorum cõtrectationi facile cedit, quoniam in proximo eſt, id.n. verba illa διʼ ὀλίγου σώματος ſignificant. quod eſt ad verbum: tumorem illum digitis prementibus ſubſidere, quoniam pauca corpora ſunt (curis.f.ſolum) inter digitos medici contrectantis, & materiam tumoris. Quam lectionem manifeſte quod ſtatim ſequitur confirmat: cum.ſ.humor inter caluariæ membranam & os conſiſtit, tumor durior multo eſt nec cedit niſi violenta compreſſione διὰ πλειόνων ὑπεπιπτων

5 σωμάτων.i. pluribus ſubiacens corporibus. In quibus etiam verbis tranſferendis errauit Ander. qui ea ſic interpretatur: vt qui etiam pluribus locis ſublabatur. Err. Ander.

EX CAP. V.

6 ¶ Medicamenta arida quæ q̃ carnem generant tam cicatrici inducendæ apta.) τοῖς σαρκώτικοῖς ξηροῖς τε καὶ ἐμμότοις καὶ τοῖς ἀφυλώτικοῖς φαρμάκοις.i. medicamenta quæ carnem generant, tum ſicca, tũ etiam liquida quæ linteolis cõcerpta excipiuntur, quæ q̃ cruſtam inducũt. Omiſit Ander. verba καὶ ἐμμότοις. Sunt autẽ in græca medicina ἔμμοτα medicamẽta liqida quæ linteolis concerptis excerpta intra vlcera

iij conduntur. Quo loco labitur etiam Bernardus felicianus verba τοῖς ἀφυλώτικοῖς. i. quæ cicatricem in ducunt: vertens: glutinantibus. Err. Felicia.

EX CAP. VIII.

7 ¶ Et veluti lacte infuſo oculum leniemus.) Græce καὶ ὡς γάλακτι ἔγχυτον τὸν ὀφθαλμὸν παρεμυθησόμεθα. i. & inſtillato lacte oculum leniemus. In hoc capite ſuperius paulo pro verbis ἐκ ῥώματικῆς διαθέσεως. i.

iiij ex affectu quodam reumatico, tranſtulit Bernardus felicianus: ex piruitæ affectu, ſenſu vt conſtat falſo & inaccomodato. Err. Felicia.

EX CAP. IX.

8 ¶ Aut vrina pueri impuberis excipientes.) Græce παιδὸς ἀφύρου. i. incorrupti pueri.

EX CAP. X.

9 ¶ Si palpebra craſſiciẽ notandã habeat.) Græce παχὺς ἱκανὸν. i. idoneam craſſiciem, & infra.

10 ¶ Non.n. cõeunit ipſa cicatrice diuiſa.) Græce mẽdoſe in eodice impreſſo habetur οὐ δὲ ξυμπίπτει τῷ οὐλῇ τῶν διειλόντων: vetus exẽplar οὐ δεῖ. i. eius.n. palpebræ cicatricẽ ſcidere debemus: ſenſu penitus diuerſo.

EX CAP. XI.

11 ¶ Vt ſanguinis fluor impediatur.) Græce διὰ τὸν τοῦ αἵματος περιποιήσιμον. i. ne ſanguinis defluxu impediamur.

EX CAP. XIII.

12 ¶ Euulſionem quã anabrochiſmũ vocant.) Græce τὸν ἀναβρογχισμὸν. i. illaqueationem, & infra.

13 ¶ Nonnulli autem vſtionem præponũt euulſioni.) Græce τινὲς δὲ τὴν καῦσιν μᾶλλον τοῦ ἀναβρογχισμοῦ προτιμῶντες. i. nõnulli tamen ſunt qui illaqueationem præponunt euulſioni.

EX CAP. XIIII.

14 ¶ Hydaris pinguis quædam eſt ſubſtantia palpebræ curi naturaliter ſuſtrata.) Vitioſe in euulgatis codicibus legit κατὰ φύσιν. Legendum arbitramur ſenſu penitus cõtrario παρὰ φύσιν. i. præter naturã. eum morbũ Auicen. 3. 3. t. iij. ca. xvij. aſarnac vocat, vbi omnia hęc ad verbũ deſcripſit: in eius tamẽ curatione, poſtq̃ cõſulit, vt ſal tritum in plagam injiciatur vt quod ex veſſica relictũ fuerit abſumat: pánum in aceto infuſum imponere præcipit. Dicturus (quod ex hoc authore liquet) linteolũ ex poſca madefactum. Auicenna.

EX CAP. XV.

15 ¶ Cõmiſſuram diſſoluere.) Græce πῖσυγοτόμῳ τῷ περὶ σφυρα ἀπεολύσω. i. ſcalpello ad pterygia excidenda idoneo, cohærentiam diſſecare. Omiſit interpres dictionem illam πῖσυγοτόμῳ. Quo ẽt capite errauit

v Bernardus felicianus verba Pauli ποτὲ δὲ πρὸς τὸν ὠμοπλατικὸν. i. nonnunq̃ etiam cum membrana oculi adnata (quam barbari coniunctiuam dicunt) tranſtulit: interdum cum ſua ipſius ima parte. Err. Felicia.

EX CAP. XVI.

16 ¶ Chalazium otioſi humoris in palpebra colluuies eſt.) Græce κέγχρου ὑγροῦ. i. crudi humoris. Bernar-

vj dus felicianus: hebetis cuiuſdam humoris, interpretatur. Err. Felicia.

EX CAP. XX.

17 ¶ Cæterum poſt puris euacuationem hulcus ex muſſa factis aut apomelite infuſionibus repurgantes.) Græce διὰ μελικράτου ἢ ὑδρομέλιτος. i. aut ex muſſa aut fœnugręci ſucco cui mel ſit admixtum. Hãc lectionem manifeſte confirmat Paulus lib. iij. de cura hypopij aut ſuppurati oculi, vbi μελίκρατον, καὶ ὑδρόμελι χυλὸν. i. muſſam & ſuccum fœnugræci probat ad eius curationem. Cui & Auic. adſtipulat. 3. 3. t. ij. c. ij. cuius verba ſunt: dixit Paulus curaſ cũ eis q̃ ſunt ſicut ſyrupus de melle & ſuccus fœnugręci. Paulus Auicenna.

EX CAP. XXI.

18 ¶ Suffuſio pigri humoris in cornea.) Græce κέγχρου ὑγροῦ. i. humoris crudi Bernardus felicianus: ſegnis

vij humoris tranſtulit, & infra. Err. Felicia.

19 ¶ Lanamq̃ oui luteo madefcentem impoſitã deligabimus.) Græce ᾧ ὠοθήκης ἔρια λευκὰ ὠοῦ σὺν ῥοδίνῳ ἐφθὰ ὠοθήκῃ ὠοθήκομεν. i. extrinſecus aũt imponemus oui luteum roſaceo exceptũ deligatũq̃. Omiſit manifeſte verba σὺν ῥοδίνῳ. i. cum roſaceo, quę nõ parum ad remedij vim agunt, quęq̃ magno exem-

Err.Felicia. plarium conſenſu leguntur. Quo etiam loco grauiter hallucinatus Bernardus felicianus pro λευκὸν ὠόν. i. oui luteum vertit oui album, & infra. viij

¶ Quod ex conniuenti admodum intuitu.) Græce διὰ τὸ ἐκ τῆς βιαίας ἀννίσεως. i. quoniam ex nimia intuitus intentione. z o

EX CAP. XXIIII.

¶ Iam vero acu arundinea.) Græce καὶ διὰ καλαμίδος. i. per calamum etiam. vt ſit ſenſus: nonnunq; ſicut aquam quæ in aures inciderit per calamum fugendo trahimus, ſic & lapidem qui intrauit aurem eximimus, & infra. z 1

¶ Os & fauces obturato.) Græce τὸ στόμα καὶ τοὺς ῥώθωνας ἔμφραττε i. os & nares obturato z z

EX CAP. XXV.

¶ Plumbeas ſolenas naribus.) Græce μολίβδινα σωλῆνας ῥινῶν. i. plumbeas fiſtulas. In principio huius ca pitis labitur Bernardus felicianus verba Pauli ἕλκοντες ἀμώμητα τοὺς ὑφειλόντας ἀσπλαγχνίαν τοὺς ἰνώδεις αὖτ transferens: piſcantes vleiſcitur manus eorum ſuis ſcurrilis implicando. Dicendum erat: ille piſcantes vleiſcitur nares ipſorum comprehendens. z 3 Err.Felicia. ix

EX CAP. XXVII.

¶ Tertio, antheram aridam.) καὶ μετὰ ταῦτα τῷ ἀνθηρῷ ξηρῷ. i. ſequenti die puluerem antheron dictū. Lib. n. vij. ca. xiij. inter alios puluis deſcribitur à Paulo ἀνθηρὸν dictus, errauit etiā & Bernardus felicia nus vertens: ſequenti die floridorum cataplaſma quod antheron vocant. z 4 ἀνθηρὸν Err.Felicia. x

EX CAP. XXXIIII.

¶ Porro abſceſſus digito proximos, crudos antequā in torum ematuruerit diſſecari Hyppocrates præcipit.) Grauiſſimus error: decepit interpretem mendoſus codex inuulgatus καὶ τὸν πλησίον δὲ τοῦ δακτύλου ἀποσήματα πρὸ τῆς πλείστης πεπαύσεως ὑμοτομεῖν ὑπὸκράτης παρακελεύεται. Lego ex veteri exemplari δακτύλος κτυλίου. Eſt autem δακτύλιος anus aut eius orbis ab anulo in eam partē tranſlata appellatione Dioſco. lib. primo. capite de malis cotoneis τὸ δὲ ἀζύγωμα πρὸ κλυσμα δακτυλίου καὶ ὑποῤῥαστικὸν περιττόσον. i. Aſpergunt & eo ſ decocto vtiliter & ſedes, & procidentes feminarum loci. Erat igitur vertendum: abſceſſus autē qui propè anum ſunt ante integram maturationem diſſecandos eſſe præcepit Hippocrates, Bernar. z 5 Dioſco. Err.Felicia. xj

¶ Adminiſtrato iam ſcalpelli munere ſpongia locus foueri debet.) Græce πρὸσπογγίσαντες. i. ſpōgia locus eſt abſtergendus: nec enim aliter conſtabit ſenſus cum non explicet Paulus quæ re fouendus ſit locus, & infra. z 6

¶ Poſt tertiū diem ſoluunt & per ſpongiam ſotum adhibentes.) Græce καὶ πρὸσπογγίσαντες. i. & deter guntur ſpongia. Errauit ēt in hoc capite Bernardus Felicianus qui verba Pauli ὁ δὲ μὴ πρὸς τὰ ἀφλῶδη ὑποπίπτοι μὴ πεπακαρφωμένα τὸ οὐ βάθη σωίσκεσθαι τοὺς ἄλλοις τῆς μεταβολῆς σημείοις προσέχοντες χρησυμόμενοι interpretaſ: vnde ēt ſi quādoq; ob abſceſſus altitudinem, neq; tactu quicq; ſentiet, neq; acuminabitur rumor nihilominus tñ manuum opera erit adhibenda. Omiſit manifeſte verba illa τοῖς ἄλλοις τῆς μετὰ βολῆς σημείοις προσέχοντες. i. aliis mutationis in pus notis attendentes. Quæ tñ plurimum agunt ad ſen ſum. Qui & ibidem pro αὐτοπαθέσι πρὸς ἀφλεγμασίαν ὑπαίχοντα. i. ad cicatricē difficilius perducunt: trāſ fert: nam orbiculariter qui excidunt difficilius ſaneſcunt. & capite. xxxvj. grauiſſimo errore vitio codi cis impreſſi deceptus verba Pauli φλεγματώδη τὴ ἰσίν interpretatur Bernardus felicianus: pituitoſi ſunt. Legendū neceſſario eſt φλεγμαινώδη τὴ ἰσίν. i. inflammationē patiunt. Ibidem & pro verbis ᾗ ἀσπαιδίσα μενον τῇ ἀφῇ. i. & ex tactu locū non mutat tranſtulit ſenſu penitus cōtrario: attrectatiōi cedit ac locum mutat. z 7 Err.Felicia. xij xiij xiiij xv

EX CAP. XL.

¶ Itaq; per morbi initia ſanguinem vſu id exigente demittes.) Græce οὐκοῦν καὶ κατὰ τὴν πρώτην. i. in primo igitur die egritudinis, & infra. z 8

¶ Interim vero & quarto ſanguinem derrahēdū eſſe metuimus.) Græce οὐδὲν δὲ καὶ κατὰ τὴν τετάρτην ὑπαφιλεῖν ἐλπίζομεν. i. interim vero & quarto detrahere adhuc ſanguinē ſperamus. Labiſ & paulo inferius grauiter Felicianus verba Pauli ᾗ μᾶλλον ἢ τῇ πρόσχον ὄκρατον ἐπὶ transferēs atq; eo magis quo melius tēperatū, corpus nobis ſe obtulerit. Dicendū q̄ græce doctis manifeſtū eſt: preſertim ſi ambiens aer ſit tēperatus. Qui etiam Paulo inferius pro verbis Pauli (καὶ τοῖς οὖ τοῖς ἄκροις τοῖς τῆ ὑπερκειμένων διεσμοῖς μορίων τῇ τῆ χερῶν αὐαστρέψει καὶ τῇ τῆ ποδῶν βαδίσει πληθύσαντες διωρύσσει) transtulit: quę vero ſunt in cacuminibus membrorū quæ ſupra vincula extant vbi & manum inter ſe attritu, & pedum inceſſu repletæ fuerint ſecanſ. ego dixiſſem, quæ vero ſunt in extremis corporis membris, ſuperiacentibus membris vinculo exceptis & manum frictione & pedum inceſſu repletæ, diuidentur, & infra. z 9 Err.Felicia. xvj xvij

¶ In ſiniſtra quidem manu cū lien male habet venā quæ inter paruū mediū q̄ digitum porrigit ſpectat pue incidemus.) Græce ὧν μὲν τῇ ἀριστερᾷ χειρὶ τῶν καλουμένων τῶν μεταξὺ μάλιστα μικροῦ τε καὶ παραμέσου δακτύλου. i. in lienoſis in leua manu ea præſertim vena quę inter paruum & proximū medio digitum ſita eſt. 3 o

EX CAP. XLV.

¶ Q̄ñ vero partes putrefactæ aut quæ vt ſimpliciter dicā naturæ modū exceſſerunt, ablationē ſui poſtulāt, vuluę cancris nec vtiliter manus admouēt neq; poſt quidē.) Plura in Paulo, oium exēplariū conſenſu 3 1

consensu reperiuntur, quę nulla causa, omissa ab Andernaco sunt ἐπειδὴ τὰ διαυγῆ ἐστι ἃ τοῦ παρὰ φύσιν ἄπηλῶκε ξέεσκήρτι σώματι τῶν ἀφωρισμένων ἐστί, τοὺς μὲν ὧν τῇ μίξει κορκίνους οὐκ ἔωσαπῶν οὔτε συμφέρει ἰσχναίνειν, τὴν δὲ κατὰ τὸ ἔκτος καὶ οὐχ ἥκιστα τοὺς μαθόντας τῶν χειρουργίαν ἐκδωσόμεθα, πάντα μὲν οὖν καυτηρίοις ἅλαν τὸ πρόσω ἐμβιβασθέντα σῶμα, ὕστερον δὲ τὸν ὅλον μαθόντα ἐπήμωνται ἑκάστων. i. quoniam aũt partes putrefactę, quę ex toto præter naturã sunt, incisionem sui postulant: cancri aũt q in vtero sunt: manus opera, nec pos sunt nec vtile est curari: eos nũc quæ extrinsecus ꝑcipue circa mammas chirurgiam trademus. Quidam. n. totam vitiatam partem cauterijs absumunt. Alij totam mãmam excisam adurunt. Bernar. dus felicianus refragantibus ꝛ cunctis exemplaribus hæc omnia omisit: quoniã autem partes putrefactæ, quæ q ex toto præter naturam sunt incisionẽ sui postulant. Err. Felicia. xviij

EX CAP. XLVIII.

32 ¶ Vt vnico impressu duę fiant crustæ, quo oẽs crustas numero sex habeas.) Plura in Paulo legimus ὥστε τῇ μιᾷ προσβολῇ. β. γενέσθαι ἑξάρασι καὶ τοῦτο πρὸ ἕξεμεν τετχῶς ὥστε τοὺς πέσσαρας. ἰσομέρως γενέσθαι. i. vna impressione duę crustæ fiant, idq; ter faciemus, vt omnes crustæ sex numero sint.

EX CAP. L.

33 ¶ Sub vmbilico tribus digitis interpositis.) Græce κατὰ κάθισιν τοῦ ὀμφαλοῦ ὅσον τριστὴν αὐτοῦ ἀκτύλοις ἀποσωπῆς. Omisit verba κατὰ κάθεσιν. erat. n. vertendum: sub vmbilico ad perpendiculum tribus digitis interpositis. errauit & hic grauius Bernardus felicianus q quatuor interpositis digitis dixit. Quia & statim verba Pauli ἡ δὲ πρόσπτωσις ὑδρωπικὸς τοῦ ἥπατος. i. Stãt hydrops accidẽrit, hepate primario affectu laborante: interpretatur: si alteri morbo superauerit. Quod q̃ graue sit erratum legentes censebunt. In cuius item interpretatione infra legimus: adustiones etiã in stomacho, iocinore, liene, abdomine, vmbilico, tenuibus ferramentis. Omisit verba quæ maximum ad sensum habent momentum. ὡς παρέχωνται ἐκκαύσεις. i. quinq; crustas adhibentes. Err. Felicia. xix xx

EX CAP. LI.

34 ¶ Scalpelli vero quibus acies vtrinq; ẽ, aut quibus cuspis acuta habetur, omnino vitari debẽt.) His omnibus nihil reperio quod in græcis exemplaribus respondeat, & infra.

35 ¶ Ventriculi porro imę partes carnosę curari cũ fiducia debẽt fiquidẽ fieri põt, vt res bene succedat, nõ solũ qđ illæ crassiores sunt, sed ẽt qđ sanantia remedia facile hoc ipsius loco subsistant.) Diuersa penitus est Pauli sniã ἰκανὸς δὲ τὰ κάτω τοῦ στομάχου θέρμα ὕδατι ἁλμώδη ὑγρῷ καὶ τυχῶν οὐ μόνον ὅτι πάχυνται ταῦτα ἐλεῖν ἀλλὰ καὶ τοῖς ἰσμίοις φαρμάκοις ὑπείκειν ἕδρα κατὰ τὸν δι τῶν χάρακα. i. vulnera aũt quæ in superioribus & carnosis vẽtris partibus accidũt, curare audebimus: interdũ. n. procedit nõ solũ ga crassiores sunt, veꝝ quod aptus est per fedẽ injiciendis medicamẽtis hic locus. Hæc q̃ũ ab alijs trãslationibus differant, q̃ũq; græcis nideant ex alioꝝ interptum verbis & Pauli, cõtentione facile iudicabũt lectores, Bernar. felicia. nõ minori errore vertit: eoꝝ vero q̃ infra vẽrẽ carnosiora sunt, medicina est trẽtanda, interdũ enim proficit, nõ solum ga crassiora sunt, verum etiam quia locus insidere medicamẽta cõmodius patitur, & infra. Err. Felicia. xxij

EX CAP. LVIII.

36 ¶ At hulcerũ quæ os infestant curationi sensus illius acumen aduersat.) Græce τοῖ δὲ τῷ στόματι αὐτὸς καὶ σομάχου τῇ παρόδῳ μόνῳ ἡδὺ τῇ παδόντων. i. quę vero in ore ipsius & stomachi sunt, solo trãsitu medicamenta attingunt.

EX CAP. LVIII.

37 ¶ Oportet oibus ipsis cõfestim manum admoliri.) Diuersus sensus Pauli χρὴ μὴ πάσιν αὐτοῖς ἀφεδρῶσι ὥσχρεῶν. i. nec simul oportet oibus manum admouere. Quam lectionẽ quod ſtarim sequiſ confirmat ἀλλὰ πρῶτον ἀφωρῶν τοὺς οἴδων. i. sed primum interiores auferre.

EX CAP. LIX.

38 ¶ Ægro in subsellium prius irroratum, si nihil prohiber collocato.) Obscurus locus græce τὸν κάμνοντα προμιστίσαντες εἰς καθέδρῳ προκατασκήσαντες ἃ μὴ πκαλὸν. i. ægro in subselliũ apte collocato ac somẽtis nisi quid impediat asperso, & infra.

39 ¶ Si quidẽ oricularij clysteres enema possint trãsmittere.) Græce ὠτικοὶ κλυσῆρες. i. Auricularij clysteres. Labitur & grauiter in hoc capite Bernardus felicianus, qui verba Pauli λαβόντες σῶ πρὸς ὠλικίαν καὶ γένος κρμέλαντα καθιῆρα tranſfert: sumimus fistulas omni ætati & generi accomodatas. Dicẽdũ erat: sumimus igitur fistulas ætati & sexui cõuenientes. Err. Felicia. xxiij

EX CAP. LX.

40 ¶ Si igiẽ cõtingẽtibus nobis calculus in penẽ procidat.) Græce κατὰ τὸν περίναιον. i. in taurũ. est. n. περίναιον in græca medicina ea pars corporis q̃ inter anũ est & testes Paulo li. iij. ca. περὶ ἀμορρέκτων ὑγρῶν, Paulus & infra. ¶ Si nõ stra penẽ extendat.) Græce τὸν περίναιον. i. taurũ, & infra.

41

42 ¶ Nõ per mediũ penẽ.) Græce μὴ κατὰ μέσον δὲ τοῦ περιναίου. i. nõ per medium taurum, & infra.

43 ¶ Aut hydrorosato iniiciendũ est.) Græce ἢ ὑδρορροδίνου. i. aut oleo rosaceo cui aqua sit admixta super accomodabimus.

EX CAP. LXI.

44 ¶ Itẽ tunica naturæ neruosæ in orbes implicata.) Decepit interpretem vitiosum exemplar impressum ἑλικοειδὲς τὴν ἰσχίαν ὧν ἠρῷδες τῶν φύσιν, vetus codex ἠρυθροειδὲς. i. erytroides tunica est natura neurosa. quam lectionem & sequentia confirmant.

EX CAP. LXII.

¶ Vocant ꝙ hoc mali chirurgici in ſuperuenienti ortum.) Græce ὀμφαλωτὸν.i.in tunica ſupergeni- 45
ta, & infra.

¶ At ſi humor ex ſuperuenienti coierit.) Græce ὀμφαλωτὸν.i.in tunica ſupergenita,& infra. 46

¶ Peni & lumbis ſuperinijciemus.) Græce πέσσω τε καὶ τοῖς ὀσφυϊκοῖς ἐπεμβάλλομεν i.tauro & lumbis ſu- 47
perimponimus, & infra.

¶ Cæterum ſuper fundemus oleum calens poſt hoc vbi ſolueris.) Græce ὕστερον δὲ χλιαρὸν θερμῷ ἔ- 48
χει τὰς τρίτης ἡμέρας μέχρι τῆς νύκτος.i.fouebimus vſq; ad tertium diem oleo calido,poſtea deligantes.

EX CAP. LXV.

¶ At qui validæ tenſioni fertur acceptus ꝓpter & ꝓpter relaxationem & alias corporis imbecillitates 49
accidit.) ὁ δὲ κατὰ ἐπίτασιν ἰσχύος καὶ διὰ πάχυσιν καὶ ἕτερα τοῦ σώματος ἀδύνατος γίνεται.i.quæ autem ex re
laxatione fit:ex reſolutione aliiſq; corporis imbecillitatibus accidit,& infra.

¶ Non ſolum vero ex intentione ramicem.) Græce μόνῳ δὲ τῷ κατὰ ἐπίτασιν.i.ſolum autem rami- 50
cem quæ ex laxatione accidit.

EX CAP. LXVI.

¶ Inteſtini ramicem ex intentione creatam.) Græce κατὰ ἐπίτασιν.i.ex relaxatione. 51

EX CAP. LXIX.

¶ In viris ſiquidem aliàs iuxta penem.) Græce ὧν μὲν τῶν ἀνδρῶν ποτὲ μὲν κατὰ τὸν περίναιον.i.in vi 52
ris enim nonnunquam iuxta raurum.

EX CAP. LXXI.

¶ Nam deligaturam in his maiores chirurgici non admittunt.) Græce τοὺς γὰρ ἐπιλύσαντας τῶν τοιούτων 53
οἱ μείζονες τῆς χειρουργίας οὐ προσίενται.i.lino.n.hæc deligari maiores chirurgici non probant.

EX CAP. LXXIII.

¶ Collui debet oriculario clyſteri.) Græce διὰ ὠτικοῦ.i.auriculario.Quo cap.ſuperius Paulo errauit 54
Er.Felicia. Bernardus felicianus pro verbis ἢ σὺν ἀπέφθῳ μέλιτι.i.aut cum melle excocto:tranſferens:vel cum mel- xxiiij
le,qui etiam & cap.lxxvj.pro verbis φύλλα τὸ σκέλος.i.crus tabeſcit,interpretatur,inexpedito ſenſu:crus xxv
læditur.Er ibidem in fine capitis addit de ſuo hęc verba:huiuſmodi medicinę magis ē accomodatus: xxvj
Er.Felicia. quæ ad fidem interpretationis neceſſaria non erant.

EX CAP. LXXVII.

¶ Laminam quæ quod membranam cerebri cuſtodit meningophylax græce dicitur ſubijciemus.) 55
Grauiſſimus lapſus græce μηνιγγοφύλακα ὑποβαλοῦμεν.i.laminam quæ membranam cuſtodiat ſuppo
Er.Felicia. nenda,eſt.Labitur & in principio huius capitis Bernardus felicianus,cuius verba ſunt:callus vero cō xxvij
pacta quędam alba atq; expiratione priuata caro eſt:græce οὖλος μὲν.i.madore priuata.Qui & capite
lxxix.pro διὰ ψυχῶν ὃ κρόκου κατεπλάσματι.i.cataplaſmate ex micis panis & croco,tráſfert:cataplaſma xxviij
ex papilionibus,& croco.

EX CAP. LXXXVIII.

¶ Materia quidem quatenus ea quę imponuntur lignea ſunt.) Græce κάδος τῆς καλουμένης ἀτρίκτου 56
.i.quatenus haſtilia aut lignea ſunt,eſt.n.ἄτρακτος haſtile,& infra.

¶ Er ſi quidem acumen quod ὄξυκχυ vocant telum habeat.) Græce καὶ ἐὰν μὲν ὄξυκχον ἔχει τὸ βέλος.i. 57
Er.Felicia. quod ſi telum ſit caudarum.Labitur hic Felicianus pro διὰ ἐμβρεχῶν.i.fomentis,vertens: inſuccatę la- xxix
ne:ſenſu nimium confuſo,& infra.

¶ Si vero quæ ad baſim ſunt in conſpectum tunc non prodeant.) Græce ἃ δὲ τοὺς ἐκβάσεως ἄδηλα 58
.i.quod ſi exitus fuerit incertus.Errauit & hic Felicianus de vulneratis cerebri membranis pro verbis
καὶ ὑφαιμοῦς ὀφθαλμοῦν μετὰ ῥοιδήματος χλιώτητος καὶ διαστόλος πεφυγμένοι.i-oculorum incenſio & rubor cū men xxx
tis & linguę errore:vertens:oculorum incenſio cum linguę rubore & mentis alienatione eſt, & infra.

¶ Salua ſpatioſa intus laxitate.) Grauiſſimus error ex vitioſo codice σωζομένης διευχωρίσας verus exē 59
plar ισομένης.i.ſi ſpatioſum ſit foramen.

EX LIBRO SEPTIMO.

Ex translatione Albani Torini.

EX CAP. I.

Leoso primũ humectandi liquefaciendi emolliendi & remittendi deniq; functio à natura delegata est.) Græce τὸ δὲ ἐλαιῶδες ὑγραίνον μαλάττει χαλᾷ. i. oleosum humectat emollit & laxat. Cętera adduntur ab interprete nõ sine magno errore. Labitur in hoc capitẽ, paulo superius Andernacus p verbis καὶ νάρκωσιν καὶ νεκρωσίν. vertens: mortem stuporemq; inducit, legit nimirum νεκρεῖον. Nos quoniam in probatissimæ fidei codice scripto νάρκωσιν repe rimus: vulgarem lectionem seruantes vertimus: roborat, stuporemq; inducit. Ibidemq; in eadem translatione legimus: sæpius cõrahit fringit cõsumit, græce τὸ δὲ ἁλικὸν συνάγει καὶ σφίγγει παρὰ μικρόν. i. sæpius cõrahit, stringit, condit. ¶ Er infra de sanguine in eadẽ traductione Andernaci legimus: equoꝝ admissarioꝝ sępricis misceatur facultatibus, græce τῶν δὲ ἵππων ὀχευτῶν ἵππων συνπιπτόντων μίγνυται φωμάσιν. i. sanguis admissarioꝝ equoꝝ medicaminibus cõmiscetur quæ exe dunt. ¶ Statimq; magno errore in eadem translatione habetur: at antidotum ex sanguinibus in le talia medicamenta efficax est, item anatis hœdi & anseris in antidota miscetur: græce ἡ δὲ ἀμάτου αὐτὴ ὁποτὲ κρὶς τὰ διακόσμια φάρμακα διδόμενον καὶ νήττης αἷμα καὶ ὄρνιθος δέχεται. i. antidotum διὰ ἀμάτου .i. ex sanguinibus cõtra letalia venena exhibetur, recipit id aũt sanguinem anatis hœdi, & anseris. ¶ Er infra cap. xi. vbi docet Paulus quo modo pręparetur melaplaeontium pro verbis ὡς ἀμόλυνται πῶς τὸ ὅλον γίνεται. i. donec nihil recrementi per decoctionem fecedat: transtulit Andernacus: vt manus non inquinet.

EX CAP. XIII.

¶ Aridum psilotrum podagricum.) Græce ξηρὸν τὸ ψίλωθρον ποδαγρικόν. i. puluis depilatorius & ad po dagram. Andernacus xerion quod est aridum, psilotrum ad podagram, & ibidem.

¶ Aridum cõcisum in vase contine.) κόψας ἔχε τὸ ξηρὸν εἰς ἀγγεῖον. i. contusus puluis asseruatur in vase. Andernacus: contusum in vase xerion seruatur, & infra.

¶ Immitte aridi vnciam vnam.) ἐπίβαλλε τοῦ ξηροῦ γ. α. idest immitte vnciam vnam eius puluer is.

Andernacus errore maximo solũ dixit xerij. ¶ Infra tamen cap. xvij, in translatione Andernaci legi mus: amylo cera tracta græce ἄμυλον κηροῦ τραχθὸν. i. amylo cera dealbata, & infra in emplastro diachylõ haberur: vsq; dum digitos intinctos nõ inquinet, græce ἕως ἀμολυῶσιν. i. donec nullũ recrementum per decoctionem separet. ¶ Er infra in smilio: dum manus nõ inquinent græce ἕως ἀμολυῶσιν. i. donec ni hil recrementi fecedat per decoctionẽ. ¶ Et infra in emplastro dia apyranu: cerę tractę vncię decẽ græ cε κηροῦ τραχθοῦ γ. ι. idest cerę dealbatæ vncię decem. ¶ Er infra in emplastro pyrine: dum medicamen tum digitos nõ coinquinet, græce ἕως ἀμολυῶσιν. i. donec nullum recrementum per decoctionẽ separet. ¶ Et infra in emplastro ex ceruss a: ceræ tractę vncię sex, græce κηροῦ τραχθοῦ γ. ς. idest cerę dealbatę vn cię sex. ¶ Et infra in palmulato, quoad digitos nõ inquinet græce ἕως ἀμολυῶσιν. i. donec nihil recremẽ ti separet per decoctionẽ. ¶ Et in emplastro ex anchusa: ceræ tractę vncię nouem: græce κηροῦ τραχθοῦ γ. θ. idest cerę dealbatę vncię nouẽ. ¶ Et ibidem oleo cerę tractę: græce ἐλαίῳ κηροῦ τραχθοῦ. i. oleo ceræ dealbatę. ¶ Et infra in emplastro ex acathe: resinę fractę vncię tres, græce φρυκτῆς γ. γ. idest colopho nię vncię tres, græce. n. κολοφωνίας & φρυκτὴ idem sunt authore Gal. iij. & vij. de compo. phar. κατὰ γένη καλοφωνίας labitur & hic Albanus torinus vertens: phryctes vnciis tribus. ¶ Et infra in emplastro diadictamnu: φρυκτῆ nec digitos inquinet, græce ἕως ἀμολυῶσιν. i. donec nullũ recrementũ per decoctionem separet. ¶ Et ibi Gale. dem, dum manũ non inficiant græce ἕως μὴ μολυῶσιν. i. donec nihil recrementi separet. ¶ Et ibidem: vt di gitos nõ coinquinet græce ἕως ἀμολυῶσιν. i. donec nullum recrementũ separet. ¶ Et infra in melęne Se rapionis quouſq; digiti intincti nõ coinquinẽtur, græce ἕως ἀμολυῶσιν. i. donec nõ secedat per decoctio Err. Ander. nem aliquod recrementũ. ¶ Et in indice ad huleera: cerę, resinę frixę: græce κηροῦ ἐτίνης φρυκτῆς. i. ceræ colophonię. Errauit hic ét Albanus torinus vertẽs, cerę, resinę fractę. ¶ Et infra in lęna: resinę fractæ libra, græce ἐτίνης φρυκτῆς. i. colophonię. Albanus torinus: phictes, vertit. ¶ Et in emplastro ex cedria: dum digitos nõ coinquinent græce ἕως ἀμολυῶσιν. i. donec recrementum nõ separet. ¶ Et in emplastro diasfactes: resinę fractę græce ἐτίνης φρυκτῆς. i. colophonię labit hic & Torinus vertens: phryctes. ¶ Er infra in medicamẽto ex vrina mul: donec digitos nõ inquinent græce ἕως ἀμολυῶσιν. i. donec nul lum recrementũ separetur. ¶ Et in medicamento ex salis flore: resinę fractę: græce ἐτίνης φρυκτῆς. i. co

lophoniæ. Labitur & Torinus vertens: refinæ terbenthinæ frictæ. ¶ Et capite. xviij. in embole tertia: ceræ tractę vnciæ quinq; græce κηροῦ τρακτοῦ γοιι. ideſt ceræ dealbatæ vnciæ quinq;. ¶ Et in malagma te ex ſimo caprino: refinæ frictæ libræ tres, græce ῥητίνης ἀφικτῆς λι.γ. ideſt colophoniæ libræ tres. Labit hic & Torinus vertens: phryctes libris tribus. ¶ Et infra in malagmate ex vinaceis ceræ tractæ libra græce κηροῦ τρακτοῦ λι.α. i. ceræ dealbatæ libra. ¶ Et in ambroſia ceræ tractæ vnciæ nouem, græce κηροῦ τρακτοῦ γ.θ. ideſt: ceræ dealbatæ vnciæ nouem. ¶ Et cap. xix. in acopo baſilij: ceræ tractæ libræ tres, græce κηροῦ τρακτοῦ λι.γ. ideſt: ceræ dealbatæ libræ tres. ¶ Et in dropace gallo ſimplici: frictæ pōdo & quadrans græce: ἀφικτῆς λι.κ.γ.α.γ. ideſt colophoniæ libra vna, & quadrans, errauit hic & Torinus vertens frictæ libram vnam & quadrantem.

Err. Ander.

EX CAP. XX.

¶ Valentius adhuc robur indit oleum vnguẽtumue ex omphacio cōfectum.) Græce πνιτικώτερον δὲ τὸ διὰ τοῦ ὀμφακίου. i. magis autem roborat quod ex ſucco vuæ acerbæ conficit. Ander. obſcure nimiũ dixit: valentius adhuc corroborat quod ex acore cōficitur, & infra in ſicyonio ſimplici.

¶ Comparatur illud ex radice cucumeris ſylueſtris refrigerata.) Græce τύπο γίνεται τῆς ῥίζης τοῦ ἀγρίου σικύου διαψυχούσης, ideſt: hoc fit ex radice cucumeris ſylueſtris marceſcentis iam, Ander. radix cucumeris refrigerata. ¶ Qui & cap. xxiiij. pro κηροῦ τρακτοῦ. i. ceræ dealbatæ vertit ceræ tractæ.

Err. Ander.

De ponderibus & menſuris.

¶ Pondus grauitate, menſura vero vaſis cōcauitate à menſore diiudicatur, ſiue ſicca, ſiue liquida exiſtat quãtitas. ¶ Diuerſus eſt hoc loco Pauli ſenſus ὁ σταθμὸς βάρει μετρεῖται κρίνεται, τὸ δὲ μέτρον ἀγγείου κοιλότητι, τὸ δὲ ἀγγεῖον ξηροῦ μὲν ὄντος ὑγροῦ. i. ponderis menſura grauitate diiudicatur, menſura cōcauitate vaſis, vas autem ſiccæ quãtitatis aut humidæ menſura eſt. ¶ Infra tamẽ de notis pōderum & menſurarum, cōfuſo ſenſu legimus in tranſlatione Andernaci: qui gramma hoc eſt ſcrupulum faciunt prima eius elementa ſcribũt addita linea ſ. græce οἱ ποιοῦσι τὸ γράμμα ὁλοῦμενον ἀπὸ τοῦ γ. πλάγιον ἔχοντος τὸ ϙ. ἡμιόβολον ὑπὸ πάσι δεδίκωσ γράμμᾶς γε. qui duo oboli gramma hoc eſt ſcrupulum faciũt, q ſcrupulus annotat litera. γ. annexã habente ſ. literam à recta quadam linea diuiſam, & ibidem.

Err. Ander.

¶ Nonnulli tamen per aliud. λ. literam ſe inuicem oblique diſſecãtem libram ſignificãt. λλ.) Græce οἱ δὲ διὰ τὴν ἐπίρροιαν τοῦ λ. γράμματος λοξῶς ἡμίσαντες ὁλοῦσι τὴν λίτρᾶν λι.) nōnulli vero eadem litera ab altera literæ. λ. linea obliquè diuiſa libram oſtendunt. λλ. Andernacus nō ſatis fideliter dixit nōnulli vero eadem litera acuto ſecta accentu idem oſtendunt. ¶ Qui & ibidẽ omiſit verba Pauli quæ in cunctis exemplaribus reperiuntur ὁ δὲβολὸς ἔχει χ.ϰ. hoc eſt obolus chaleos habet octo, & infra de menſuris aridorum.

Err. Ander.

Err. Ander.

¶ Aegyptia artaba continet modium vnum.) In Galeno μόδια. i. ideſt ægyptia artaba habet modios quinq;, & ibidem.

¶ Choenix ſextarium vnum.) Mẽdoſe legitur in Paulo ὁ δὲ χοῦνιξ ξ.α. In Gale. ξ.β. ideſt choenix ſextarios duos. Quo loco Andernacus pro verbis Pauli ὥστε τὸν μέδιμνον ἔχειν μνᾶς μη ξ.ϛ. hoc eſt: ſic medimnus continet minas quadragintaocto & ſextarios nonaginta fex: tranſtulit ita ſemimedimnus habebit minas quadragintanouem, ſextarios nonaginta fex. Quo etiam loco labitur etiam Albanus torinus qui: minas quadragintanouem: tranſtulit.

Err. Ander.

FINIS.

INDEX CARTHARVM.

✠. A. B. C. D. E. F. G. AA. BB. Omnes terni ꝑter ✠. & BB. duerni, & G. quaterni.

Venetijs in officina Lucæantonij Iuntæ Florentini.
M. D. XXXVI. Menſe Aprili.

UNIVERSIDAD DE SEVILLA
BIBLIOTECA
DE LA FACULTAD DE MEDICINA